



8<sup>a</sup>

7. D. 14

6592

Terceira edição

H. J. ...  
C. ...

N.º 5

9



Calwich  
Library  
1851

8

~~scribbled text~~

11 12 13

Pauli Orosii uiri doctissimi historiarum initium ad Aurelium Augustinum.

**P**RAECEPTIS tuis parui beatissime pater Augustine: atque uti-  
 nā tā efficaciter q̄ libenter: q̄q̄ ego in utranuis partem parum de ex-  
 plicito mouear: rectene: an secus egerim. Tu enim iam isto iudicio  
 laborasti: utrūne hoc: quod praeciperes possem. Ego autem solius  
 obedientia: si tamen eam uoluntate conatuq; decorauit: testimonio  
 contentus sum. Nam & in magna magni patrisfamilias domo cū  
 sint multa diuersi generis animalia adiumento familiaris rei cōmo-  
 da: non est tamen canum cura postrema: quibus solis natura insi-  
 tum est: uoluntarie ad id quo praeparantur urgeri: & per ingenitam quandam obedi-  
 entia: formulam sola disciplinati tremoris expectatione suspendi: donec ad peragendi licē-  
 tiam nutu signoue mittantur. Habent enim proprios appetitus quantum brutis excellē-  
 tiores: tantum rationabilibus propinquantes: hoc est discernere: amare: seruire. Nam di-  
 scernentes inter dominos atque extraneos non eos quos insectantur: oderunt. sed pro his  
 quos amant zelant: & amantes dominum ac domum non quasi ex natura apti corporis  
 uigilantes: sed ex conscientia solliciti amoris iuigilant: Vnde etiā mystico sacramento in  
 euangelis: quod edant micas catelli sub mensa dominorum: & Chananea mulier non  
 erubuit dicere: & dominus non fastidiuit audire. Beatus etiam Tobias ducem angelum  
 sequens canem comitem habere non spreuit. Igitur generali amori tuo speciali amore  
 connexus uoluntati tuae uolens parui. Nam cum subiectio mea praeepto paternitatis  
 tuae factum debeat: totumque tuum sit: quod ex te ad te redit: opus meum hoc solo cu-  
 mulatius reddidi: q̄ libens feci. Praeeperas mihi uti aduersis uaniloquam prauitatem  
 corū: qui alieni a ciuitate dei ex locorū agrestium cōpitis & pagis pagani uocantur siue  
 gentiles: quia terrena sapiunt: qui cum futura non querant: praeterita aut obliuiscant  
 aut nesciant: praesentia tamen tempora ueluti malis extra solitū infestatissima: ob hoc so-  
 lum: quod creditur christus: & colit̄ deus: idola autē minus coluntur: ifamant. Praeepe-  
 ras ergo ut ex omnibus quae haberi ad praesens possunt historiae atque annalium fastis  
 quaecumq; aut bellis grauias: aut corrupta morbis: aut fame tristia: aut terrae motibus  
 terribilia: aut inundationibus aquarū insolita: aut eruptionibus ignium metuenda: aut  
 ictibus fulminum plagisq; grandinum saeua: uel etiam parricidiis flagitiisq; misera per  
 transacta retro saecula repperissem: ordinato breuiter uoluminis textu explicarem: maxi-  
 me cum reuerentiam tuam perficiendo aduersum hos ipsos paganos. xi. libro insistentē  
 quorū iam. x. orientes radii mox: ut de specula ecclesiasticae claritatis elati sunt: toto orbe  
 fulserunt leui opusculo occupari nō oportet: & sanctus filius tuus Iulianus Carthaginē-  
 sis seruus dei satis fieri super hac re petitioni suae eadem fiducia: qua poposcit: exigeret:  
 dedi operam. & me ipsum in primis confusione pressi: cui plarunq; reputanti supra mo-  
 dum exaestuauisse praesentium clades temporum uidebantur. Naetus sum enim praete-  
 ritos dies non solum aequae. ut hos graues: uerum etiam tanto atrocius miseros: quanto  
 longius a remedio uerae religionis alienos: ut merito hac scrutatione claruerit regnasse  
 mortem auidam sanguinis dum ignoratur religio: quae prohiberet a sanguine. Ista illu-  
 cescente illam constupuisse. illam cōcludi: cū ista iam preualet: illā penitus nullā futurā

cum hæc sola regnauit: exceptis uidelicet semotisque illis diebus nouissimis sub fine sæculi & sub apparitione Antichristi: uel etiam sub conclusione iudicii: quibus futuras angustias: quales ante non fuerant dominus christus per scripturas sacras sua etiam contestatione prædixit. cum secundum ipsum quidem: qui & nunc & semper est modum uerum apertiore ac grauiore discrimine per intolerabiles tribulationes temporum illorum sanctos probatio: impios perditio sequetur. Et quoniam omnes propemodum tam apud grecos quam apud latinos studiosi ad scribendum uiri qui res gestas rerum populorumque ob diuturnam memoriam uerbis propagauerunt initium scribendi a Nino Beli filio rege assyriorum fecerunt: qui cum opinione cæca mundi originem creaturamque hominum sine initio credi uelint: cepisse tamen ab hoc regna bellaque definiunt: quasi uere eatenus humanum genus ritu pecudum uixerit. & tunc primum: ueluti ad nouam prouidentiam concussus suscitaturumque uigilauerit.

**De miseria hominum per peccatum ab initio.**

**H**oc initium miseriae hominum ab initio peccantis hominis ducere institui: paucis duntaxat: iisdemque breuiter deliberatis. Sunt autem ab Adam primo homine usque ad Ninum magnum ut dicunt regem quando natus est Abraam annis tria milia. xxxiiii. qui ab omnibus historiographis uel omissi uel ignorati sunt. A Nino autem uel Abraam usque ad Cæsarem augustum: id est usque ad natiuitatem Christi qui fuit anno imperii Cæsaris. xlii. cum facta pace cum parthis Iani portæ clausæ sunt: et bella toto orbe cessarunt: colliguntur anni duo milia. xv. in quibus inter se auctores scriptoresque omnium oia negociaque triuerunt. Quapropter res ipsa exigat ex his libris quæ breuissime uel pauca attingere: qui originem mundi loquentes præteritorum fidem annunciatione futurorum: & post subsequa probatione fecerunt: non quo auctoritatem eorum cuique uideamur ingerere: sed quæ operæ precium sit de opinione uulgata: quæ nobis cum oibus communis est commonere. Primum quia si diuina prouidentia: quæ sicut bona ita pia & iusta est: agitur homo & mundus: hominem autem qui conuertibilitate naturæ & libertate licentiæ infirmus & contumax est: sicut pie gubernare egenum opis oportet: ita iuste corripere imoderate libertatis necesse est: iure ab initio hominis per bona malaque alternantia exerceri hunc mundum sentit quisquis per se atque in se humanum genus uidet. Deinde cum ab ipso primo homine peccatum punitioque peccati cepisse doceamur: porro autem cum etiam isti de medijs temporibus inchoantes: quis superiorum nusquam meminerint: nihil nisi bella cladesque descripserint: quæ bella quid aliud dicenda sunt: nisi urgentia in alterutrum mala. mala autem huiusmodi quæ tunc erant sicut & nunc sunt in quantum sunt sine dubio aut manifesta peccata sunt: aut occulte punitiones peccatorum quid impedimenti est non eius rei caput pandere: cuius illi corpus expresserint: & priora illa secula quæ multo numerosiora monstrabimus: uel tenuissimo testari relatu similes miseras pertulisse. Dicturus igitur ab orbe condito usque ad urbem conditam: dehinc usque ad Cæsaris principatum natiuitatemque Christi: ex quo sub potestate urbis orbis mansit imperium: uel etiam usque ad dies nostros in quantum ad cognitionem uacare suffecero: conflictationes generis humani & ueluti per diuersas partes ardentem malis mundum face cupiditatis incensum e specula ostentaturus: necessarium reor: ut primum ipsum terrarum orbem: quem inhabitabat humanum genus: sicut est a maioribus trifaria distributus: deinde

regionibus prouinciis que determinatus expediam: quo facilius cum locales bellorum morboꝝ que clades ostentabuntur: studiosi quique non solum rerum ac temporum: sed etiam locorum scientiam consequantur.

**M**aiores nostri in tres partes mundum totum diuississe.

**M**aiores nostri orbem totius terræ oceani limbo circunseptum triquadrum statuere: eiusque tres partes Asiam: Europam: & Aphricam uocauerunt: quibus aliqui duas: hoc est Asiam: ac deinde Aphricam in Europa accipiendam putauerunt. Asia tribus partibus oceano circuncincta per totam transuersi plagam orientis extenditur. Hæc occasum uersus a dextra sui sub axe septentrionis incipientem contingit Europam. a sinistra Aphricam dimittit. sub Aegypto uero & Syria mare nostrum: quod magnum generaliter dicimus: habet. Europa incipit septentrionalis a flumine Tanai: qua Riphæi montes Sarmatico auersi oceano Tanaim fundunt fluuium: qui prætereans aras ac terminos. Alexandri magni in Roxolanorum finibus sitos Maotidas auget paludes: quarum immensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum pontum late ingreditur. Inde iuxta Constantinopolim longæ mittuntur angustia: donec eas mare hoc: quod dicimus nostrum accipiat. Europæ in Hispania occidentalis oceanus terminus est: maxime ubi apud Gades insulas Herculis colunæ uisuntur. & Tyrreni maris faucibus oceani æstus immittitur. Aphricæ principium est a finibus Aegypti urbisque Alexandriae ubi Parethonium ciuitas sita est super hoc mare magnum: quod omnes plagas terrasque medias interluit. inde per loca quæ accolæ catabathmon uocant: haud procul a castris Alexandri magni: & super lacum Calcartium: deinde iuxta superiorum fines Anasitarum missa in transuersum per æthiopica deserta meridiana contingit oceanum. Termini Aphricæ ad occidentem iidem sunt: qui & Europæ: id est fauces Gaditani freti. ultimus autem finis eius est mons Athlas: & insulæ quas fortunatas uocant. Et quia breuiter generales tripartiti orbis diuisiones dedi: ipsarum quoque partium regiones: sicut pollicitus sum: significare curabo. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis. a sinistra promontorium Calligicum cui submanet ad Eurum insula Taprobane: ex qua oceanus Indicus uocari incipit a dextra habens Emodos montes: ubi Caucasus deficit. promontorium Samaram: cui ad aquilonem ostia fluminis subiacent Octorogorra: ex quo oceanus sericus appellatur. In his finibus India est. quæ habet ab occidente flumen Indum: quod rubro mari accipitur: a septentrione montem Caucasum: reliqua ut dixi: Eoo & indico oceano terminatur. Hæc habet gentes quatragesimaquatuor absque insula Taprobane: quæ habet decem ciuitates. & absque reliquis insulis habitabilibus plurimis. A flumine indo: quod est ab oriente usque ad flumen Tigrim: quod est ad occasum: regiones sunt istæ Aracosia: Parthia: Assyria: Persida: & Media situ terrarum montoso & aspero. Hæ a septentrione habent montem Caucasum. a meridie mare rubrum & sinum Persicum. in medio autem sui flumina præcipua Hydaspem & Arabim. in his sunt gentes. triginta duæ. Sed generaliter Parthia dicitur: quibus scripturæ sanctæ uniuersam sæpe Mediam uocent. A flumine Tigri usque ad flumē Euphratem Mesopotamia est: incipiens a septentrione inter montem Taurum & Caucasum: cui ad meridiem succedit

Babylonia. deinde caldea: nouissime Arabia. ea demum inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem uersus extenditur. In his sunt gentes. xxviii. a flumine Euphrate: quod est ab oriente usq; ad mare nostrum: quod est ab occasu: deinde a septentrione: idest a ciuitate Dascuta: quæ in confinio Capadocia & armenia sita est. haud procul a loco ubi Euphrates nascitur usq; ad Aegyptum & ad extremum sinum Arabia: qui est ad meridiem longo angustoq; sulco saxis insulisq; creberrimo. a rubro mari idest ab oceano occasum uersus extenditur: Siria generaliter nominatur: habens maximas prouincias Comagenē: Pheniciam & palestina absq; saracenis et nabathæis quorum gentes. xii. sunt in capite syria capadocia est: quæ habet ab oriente Armeniam ab occasu Asiam. ab aquilone Themiscirios cāpos & mare Cimericum. a meridie Taurum montem: cui subiacet Cilicia & Isauria usq; ad Ificus sinum: qui spectat contra insulam cyprum. Asia regio uel: ut proprie dicam Asia minor absq; orientali parte: qua ad capadociam syriamque progreditur: undiq; circumdata est mari. a septentrione pūto euxino. ab occasu propontide. atq; Helesponto: a meridie mari nostro ubi est mōs olimpus. Aegyptus inferior ab oriente habet Syriam palestina: ab occasu libyam. a septentrione mare nostrum. a meridie mōtem: qui appellatur Climax. & Aegyptum superiorem. fluuiumque Nilum. qui de littore incipientis maris rubri uidetur emergere in loco qui dicitur Mosylon: deinde diu ad occasum profluens faciens insulā nomine Meroen in medio sui: nouissime ad septentrionem inflexus: tempestiuusq; auctus incrementis plana Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem: & continuo harenis mergi: inde interiecto breui spacio uastissimo lacu exundare: atq; hic oceanotenus orientem uersus per æthiopica deserta prolabi: rursusq; inflexum ad sinistram ad Aegyptum descendere. Quod quidem uerum est esse huiusmodi fluuium magnum: qui tali ortu taliq; cursu sit: & re uera tot tantaq; monstra gignat: quem utiq; prope fontem barbari Dara nominant. Cæteri uero accolæ Nuhul uocant. Sed hic in regione gentium: quæ libyæ ægyptiæ uocantur: haud procul ab illo fluuiio: quem a littore maris rubri prorumpere diximus: immēso lacu acceptus assumit: nisi forte occulto meatu in alueum eius: qui ab oriente descendit eructet. ægyptus superior in orientem per longum extenditur: cui est a septentrione sinus arabicus. a meridie oceanus. Nam ab occasu ex inferiori ægypto incipit: ad orientem rubro mari terminatur ubi sunt gētes. xxiiii. Et quoniam meridianam partem uniuersæ asiæ descripsimus: superest ut ab oriente ad septentrionem pars quæ restat expediatur. Mons caucasus inter colchos: qui sunt super cimericum mare: & inter albanos qui sunt ad mare caspium primū attollitur: cuius quidem usq; in ultimum orientem unum uidetur iugum: sed multa sunt nomina. Et multi hoc ipsum iugum Tauri montes credi uolunt: quia re uera Parchoatras mons Armenia inter Taurum & Caucasum medius continuare Taurum cū Caucaso putatur. Sed hoc ita non esse discernit fluuius Euphrates qui de radice parchoatræ montis effusus tendens in meridiem ipsum ad sinistram Taurum excludit. Ad dexteram itaq; ipse Caucasus inter colchos & Albanos ubi & portas habere mons Caucasus dicitur a portis caspiis usque ad Armenias pylas: uel usq; ad fontem Tigris fluminis inter Armeniam et Iberiam montes Acroceraunii dicuntur a fonte Tigris usque ad Carras ciuitatem iter Ma-

Sagetas & Parthos mons Ariobarzones. A Carris ciuitate usque ad oppidum Cathippi  
 inter Hyrcanos & Bactrianos mons Memarmali: ubi amomum nascitur: a quo proxi-  
 mum iugum mons Parthau dicitur. Ab oppido cathippi usque ad uicium Saphrum iter  
 Dahassaraucas & Parthyenas mōs Oscobares: ubi Gāges fluuius orit̄. & Laser nascitur.  
 A fōte fluminis Gāgis usq; ad fōtes fluminis Octorogorra: q̄ sūt a septētrione: ubi sūt mō-  
 tani Paropanifadæ & mōs Taurus. A fontibus Octorogorra usque ad ciuitatē Octoro-  
 gorram inter Hunnos & Scythas & Gangaridas mons caucasus. Vltimus autem inter  
 Eofas & Pasiadras mons Imaus: ubi flumen chrisoroas & promontorium Samara ori-  
 entali excipitur oceano. Igitur a monte Imauo: hoc est ab imo caucaso & de extra orien-  
 tis parte qua oceanus Sericus tenditur usque ad promontorium Boreum & flumen Bo-  
 reum & inde tenus scythico mari: quod est a septentrione usque ad mare caspium quod  
 est ab occasu: & usque ad extentum caucasi iugum: quod est a meridie Hyrcanorum  
 & Scytharum gentes sunt quadragintaduæ: propter terrarum infœcundam diffusio-  
 nem late oberrantes. Mare caspium sub aquilonis plaga ab oceano oritur cuius utra-  
 que circa oceanum littora loca deserta incultaque habentur. inde meridiem uersus per  
 longas angustias tenditur: donec per magna spatia dilatatum Caucaſi montis radici-  
 bus terminetur. Itaque a mari caspio quod est ad orientem per ora oceani septentriona-  
 lis usque ad Tanaim fluuium & Mœoticas paludes: quæ sunt ad occasum per littus  
 Cimmerici maris: quod est ab Aphrico usque ad caput & portas Caucaſi: quæ sunt ad  
 meridiem gentes sunt trigintaquatuor. Sed generaliter regio proxima Albania ulteri-  
 or sub mari & monte caspio Amazonum nuncupatur. Expliciti autem sunt q̄breuissi-  
 me fines Asiæ. Nunc autem Europam in quantum cognitioni hominis conceditur:  
 stilo peruagabor. A montibus Rhiphæis ac flumine Tanai Mæotiisque paludibus:  
 quæ sunt ad orientem per littus septentrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam & flu-  
 men Rhenum: quod est ab occasu: deinde usque ad Danubium: quem & Istrum uo-  
 cant: qui est a meridie ad orientem directus ponto accipitur. ab oriente Alania est: in  
 medio Dacia: ubi & Gotia. deinde germania est: ubi plurimam partem Sueui tenent:  
 quorum omnium gentes sunt quinquagintaquatuor. Nunc quicquid Danubius a bar-  
 barico ad mare nostrum secludit expediam. Mœsia ab oriente habet ostia fluminis  
 Danubii. ab euro Thraciam. a meridie Macedoniam. ab aphrico Dalmatiam. ab oc-  
 casu Istriã. a circio Pannoniam. a septentrione: Dannubium. Thracia habet ab oriente  
 Propontidis sinum & ciuitatem constantinopolim quæ Bizantium prius dicta est. a se-  
 ptentrione partem Dalmatiæ. & sinum Euxini pontis: ab occasu & Aphrico Macedo-  
 niam. a meridie Aegæum mare. Macedonia habet ab oriente Aegæum mare. a borea  
 Thraciam. ab euro Eubocam & macedonicum sinum: a meridie Achaiam. a Fauonio  
 montes Acroceraunios in angustiis Adriatici sinus: qui montes sunt contra Apuliam  
 atque Brundusium. ab occasu Dalmatiam. a Circio Dardaniam. a septentrione mœsi-  
 am. Achaia undique propemodum cinct̄a est mari. Nam ab oriente habet myrtoum  
 mare. ab euro arcticum mare. a meridie ionium mare. ab Aphrico & occasu cephalo-  
 niam & cassiopam insulas. a septentrione sinum corinthium. ab aquilone angustum  
 a iiii.



terra dorsum: quo macedoniae coniungitur: uel potius Attica: qui locus Isthmos uocatur: ubi est corinthus habens in Atticam a borea non longe Athenas ciuitatem. Dalmatia habet ab oriente macedoniam, ab aquilone Dardaniam, a septentrione mœsiam, ab occasu Istriam et sinum Liburnicum et insulas liburnicas, a meridie Adriaticum sinum. Pannonia Noricus: & Rhetia habent ab oriente mœsiam, a meridie Istriam. Ab aphrico alpes apenninas, ab occasu Galliam belgicam, a circio danubii fontem & limitem: qui germaniam a gallia inter danubium galliamque discernit, a septentrione Danubium & germaniam, Italiae situs a circio in eorum tenditur: habens ab aphrico Tirrenum mare, a borea adriaticum sinum: cuius ea pars quae continenti terrae communis & contigua est alpium obicibus obstruitur. Quae a gallico mari per ligusticum sinum exurgentes primum Narbonensium fines, deinde Galliam rhetiamque secludunt: donec in sinu liburnico defigantur. Gallia belgica habet ab oriente fluminis Rheni et germaniam, ab euro alpes Apenninas, a meridie prouinciam narbonensem, ab occasu prouinciam lugdunensem, a circio oceanum britannicum, a septentrione Britannicam insulam, Gallia lugdunensis ducta per longum: & per angustum inflexa Aquitanicam prouinciam semicigit. Haec ab oriente habet belgicam, a meridie partem prouinciae Narbonensis: qua Arelatum ciuitas sita est: & mari gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis prouincia pars galliarum habet ab oriente alpes Coctias, ab occidente hispaniam, a circio aquitaniam a septentrione galliam lugdunensem, ab aquilone Belgicam galliam, a meridie mare gallicum quod est inter Sardiniam & insulas Baleares habens in fronte qua Rhodanus fluvius in mare exit: insulas sthecas. Aquitanica prouincia obliquo cursu ligeris fluminis qui ex plurima parte terminus eius est: in orbem agitur. Haec a Circio habet oceanum: qui aquitanicus sinus dicitur, ab occasu hispanias habet, a septentrione & oriente Lugdunensem ab euro & meridie Narbonensem prouinciam: contingit. Hispania uniuersa terrarum situ trigona est, & circumfusione oceani Tirrenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad orientem, a dextris Aquitanica prouincia, a sinistris Balearico mari coartatus Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit: ubi Brigantia Galleciae ciuitas sita altissimum Pharum & inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniae exiit. Tertius eius angulus est, quo Gades insulae intentae in Aphricum Atlantem montem interiecto sinu oceani prospiciunt. Hispaniam citeriorem ab oriente incipientem Pyrinei saltus a parte septentrionis usque ad Cantabros Asturesque deducit, atque inde per Vacceos & Oretanos quos ab occasu habet: positam in nostri maris littore Carthaginem determinat. Hispania ulterior habet ab oriente Vacceos: Celtiberos: & Oretanos, a septentrione oceanum ab occasu oceanum, a meridie gaditanum oceani fretum. Inde mare nostrum: quod Tirrenum uocatur: immittitur. Et quoniam oceanus habet insulas quas Britanniam & hiberniam uocat: quae in aduersa Galliarum parte ad prospectum hispaniae sitae sunt: breuiter explicabuntur. Britannia oceani insula per longum in boream extenditur, a meridie Gallias habet:

cuius proximum lictus transmeantibus ciuitas aperit: quæ dicitur Rhutupi portus: unde haud procul a Morynis in austro positos Menapos Batafiosque prospectat. Hæc insula habet in longum milia passuum octingenta. in latum milia ducenta. a tergo autem: unde oceano infinito patet: Orchadas insulas habet. quarum uiginti desertæ sunt. tredecim incoluntur. Deinde insula Tile quæ per infinitum a cæteris separata circium uersus medio sita oceano uix paucis nota habetur. Hybernia insula inter Britanniam & hispaniam sita est: quæ longiore ab Aphrico in boream spacio porrigitur. huius partes priores intentæ Cantabrico oceano Brigantium Galleciæ ciuitatem ab aphrico sibi in circium occurrente spatioso interuallo procul spectant: ab eo præcipue promontorio ubi Senæ fluminis ostium est: & Velabri Lucenique consistunt. hæc propior Britannia spatio terrarum angustior: sed cæli solisque temperie magis utilis a Scotorum gentibus colitur. huic etiam Meuania insula proxima est: & ipsa spatio non paruo solo comoda æque a Scotorum gentibus habitatur. hi sunt fines totius Europæ. Aphricam: ut dixi: cum tertiam orbis partem maiores nostri accipiendam descripserint: non spatiorum mensuras: sed diuisionum rationes secuti sunt. Mare hoc siquidem magnū: quod ab occasu ex oceano oritur: in meridiem magis uergens angustiozem inter se & oceanum coartatæ Aphricæ limitem fecit: unde etiam aliqui quæ eam longitudine parem: tamen multo angustiozem intelligentes: inuerecundum arbitrati tertiam partem uocare: sed potius in Europa Aphricam deputantes: ad secundam portionem appellare maluerunt. præterea cum multo amplius terræ in Aphrica ardore solis: quàm in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum sit: quippe cum omnia pene animantia uel germinantia patientius & tolerabilius ad summum frigoris quàm ad summum caloris accedant: ea scilicet causa est: Aphricam per omnia situ & populis minorem uideri. & quia natura sui minus habet spatii: & cæli inclementia plus deserti: cuius descriptio per prouincias & gentes hæc est. Libya cyreniaca & Pentapolis post Aegyptum in parte Aphricæ prima est. Hæc incipit a ciuitate Parethonio & montibus catabatynon. inde secundo mari usque ad aras philenorum extenditur. Post se habet usque ad oceanum meridianum gentes Libyorum Aethiopum & Garamantum. Huic est ab oriente aegyptus. a septentrione mare Libycum. ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ: contra quos insula calypso est. a meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana prouincia. quæ & subuentana: uel regio Arzugum dicitur: ubi Leptis magna ciuitas est: quæ Arzuges per longum Aphricæ limitem generaliter uocentur: habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas: a septentrione mare Siculum: uel potius Adriaticum: & Syrtes minores: ab occasu Byzantium usque ad lacum salinarum. a meridie barbaros Getulos Nathabres & Garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes Byzantium Zeugis & Numidia. Zeugis autem prius non unius conuentus: sed totius prouinciæ generale nomen fuisse inuenimus. Bizantium ergo: ubi Hadrumetus ciuitas. Zeugis ubi Carthago magna. Numidia ubi Hypos

regius & Nisiccada ciuitates sunt. habent ab oriente syrtes minores & lacū salinarum. a septentrione mare nostrum: quod spectat ad siciliam & sardiniā insulas. ab occasu mauritaniam sitiphensem: a meridie fontes uzarae & post eos Aethiopum gentes peruagātes usq; ad oceanum Aethiopicum Sitiphenses & Casarienses Mauritania habet ab oriente Numidiam. a septentrione mare nostrum. ab occasu flumē Maluam. a meridie montem Atrixim qui diuidit inter uiuam terram & arenas iacentes usq; ad oceanū & oberāt Gangines aethiopes. Tingitana mauritania ultima est a phricā. Hæc habet ab oriente flumen Maluam. a septentrione mare nostrum usq; ad fretum Gaditanum: quod inter Hauennem & Calpem duo contraria sibi promontoria coartatur. ab occidente Atlātem montem & oceanum Atlanticum sub Aphrico Hesperium montem. a meridie gentes Aulolum: quas nunc Galaulēs uocant usq; ad oceanum Hesperium contingentes. Hic est terminus uniuersæ a phricæ. Nunc insularum quæ in nostro mari sunt loca nomina & spacia dimetiar. Insula cypros ab oriente mari Syrio quod Missicum uocant ab occidente mari pamphilio a septentrione Vulone ciliciæ a meridie Syriæ & phoenicis pelago cingitur cuius spatium in longum tenet milia passuum centum septuagintaquinque in latum milia passuum centum uigintiquinque. Insula creta finitur ab oriente Carphatio mari ab occasu & septentrione mari cretico a meridie mari Libico quod & adriaticum uocant. habet in longum milia passuum centum septuaginta duo. & in latum quinquaginta. Insulæ Cyclades quarum est ab oriente prima Rhodos a septentrione Tenedos a meridie Carpatos ab occasu Cythera. ab oriente finiuntur littoribus Asiæ. ab occidente mari Icario. a septentrione mari Aegæo. a meridie mari Carphatio. Sunt autem omnes cyclades numero quinquaginta tres. Hæc tenent a septentrione in meridiem milia passuum quinquaginta ab oriente in occasum milia. cc. Sicilia insula tria habet promontoria. unum quod dicitur Pelorus & aspicit ad aquilonem cui Messana ciuitas proxima est: secundum quod dicitur Pachynus sub quo ciuitas syracusana respicit ad Euronotū. Tertiū quod appellatur Lilybeus: ubi & ciuitas eiusdem nominis sita est: dirigiturq; in occasum. Hæc habet a Peloro in pachynum milia passuum centum quinquaginta nouem a Pachyno in Lilybeum centum septuaginta septem milia. Hæc ab oriente cingitur mari adriatico. a meridie mari a phrico: quod est contra subuentanos & syrtes minores: ab occidente & septentrione habet mare Tyrrhenum: a borea usq; ad subsolanum fretum Adriaticum quod diuidit Tauronimitanos siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & corsica insulæ paruo freto hoc est milium uiginti passuum diuiduntur: ex quibus sardinia habet a meridie cōtra Numidiam caralitanos. contra corsicam insulam: hoc est septentrionem uersus habet Vlbenses: cuius in longum spacium tenet milia passuum. cc. xxx. in latum milia centum octuaginta. Hæc habet ab oriente & borea Tirrhenicum mare: quod spectat ad portum urbis Romæ: ab occasu mare sardum: ab a phrico insulas Baleares longe positas. a meridie Numidicum sinum: a septentrione ut dixi corsicam. Corsica insula multis promotoriis angulosa ē. Hæc habet ab oriente tyrrhenū mare & portū urbis. a meridie sardiniam. ab occasu insulas baleares a circio & septentrione ligusticū sinū. Tenet autem in longū milia passuum. c. lx. in latū milia. xx. & vi. Insulæ baleares duæ sunt

maior & minor: quibus insunt bina oppida. maior Tarraconem Hispaniæ ciuitatem. minor Barchilonam septentrionem uersus contra se habet. Maiori subiacet insula Hebusus. deinde ab oriente sardinia. ab aquilone mare gallicū. a meridie & a phrico Mauritanicum pelagus. ab occasu Ibericum spectat pelagus. Hæ sunt insulæ ab Hellesponto usque ad oceanum per totum magnum pelagus constitutæ: quæ & cultu & memoria magis celebres habentur. Percensui breuiter: ut potui prouincias & insulas orbis uniuersi. nunc locales gentium singularum miseras: sicut ab initio incessabiliter extiterunt & qualiter quibusque exortæ sint in quantum suffecero: proferam.

**H**ic ponitur diluuii uindicta.

**Q**Uoniam post fabricam ornatumque mundi huius homo: quem rectum atque immaculatū fecerat deus morti se substrauisset: ac perinde humanum genus libidinis deprauatum peccatis funditus obsorberetur: continuo iniustam licentiam punitio iusta consecuta est. Sententiam creatoris dei & iudicis peccanti homini ac terræ propter hominem destinata: semperque: dum homines terram habitauerint: duraturam omnes uidelicet aut probamus negando: aut confitendo toleramus: obstinati que mentibus testes sibi infirmitas sua inurit: quibus fidelis scriptura non suaserit. Deinde refuso sub Noe in omnem terram mari immissoque diluuiio: cum toto orbe connecto unum spatium cœli esset ac pelagi: deletum fuisse uniuersum humanum genus paucis in arca fidei suæ merito ad substituendam originem reseruatis: euidentissime ueracissimi scriptores docent. fuisse tamen etiam illi contestati sunt: qui præterita quidem tempora ipsumque auctorem temporum nescientes tamen ex indicio & coniectura lapidum: quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros etiam sæpe cauatos aquis uisere solemus: conuiciendo didicerunt. Et quis huiusmodi adhuc & relatu digna fideque certa proferri a nobis queant. tamen hæc ueluti principalia duo de præuaricatione primi hominis & condemnatione generationis uitæque eius: ac dein de perditione totius generis humani dicta sufficiant tantum ut si qua gentiles historici de nostris aliquo ordine contigerint: hæc plenius cum cæteris ipso quo incurrerint ordine proferantur.

**Primus Ninus rex Assyriorum.**

**A**Nte annos urbis conditæ mille. ccc. Ninus rex Assyriorum primus ut ipsi uolunt: propagandæ dominationis libidine arma foras extulit: cruentamque uitam quinquaginta per annos totam Asiam bellis egit a meridie atque rubro mari surgens sub ultimo septentrione. Euxinum pontum uastando perdomuit. Scythicamque barbariem adhuc tunc imbellem & innocentem torpentemque excitare se uiciam: uires suas nosse: & non lac iam pecudum: sed sanguinem hominum bibere: ad postremum uincere: dum uincit edocuit. Nouissime Zoroastrem Bractianorum regem: eundemque magicæ artis: ut ferunt reptorem pugna oppressum interfecit. post ipse dum deficientem a se oppugnant urbem: sagittæ ictu interiit. Huic mortuo Semiramis uxor successit: uirum animo & habitu gerens: auidosque iam usu sanguinis populos per quadraginta duos annos cædibus gentium exercuit. Non contenta terminis mulier: quos a uiro suo tunc solo bellatore quinquaginta annis acquisitos suscepit. Aethiopiam bello pressam: sanguine illitam imperio adiecit. Indis quoque bellū itulit: quos

præter illam & Alexandrum magnum nullus intrauit: quod eo tempore ideo crudelius grauiusq; erat: q̄ nūc est per se qui & trucidare populos in pace uiuentes: quia tunc apud illos nec foris erant ulla incendia bellorum. nec domi tanta exercitia cupiditatum. Hæc libidine ardens: sanguinem sitiens inter incessabilia stupra & homicidia cū omnes: quos regie accersitos meretricie habitos concubitu oblectasset: occideret. tandem filio flagitiose concepto: impie exposito: inceste cognito priuatā ignominiam publico scelere obtextit. Præcepit enim ut inter parentes ac filios nulla delata reuerentia naturæ de cōiugiis appetendis: quod cuiq; libitū esset: libitū fieret.

**Q**uod ignis de caelo descendit in Pentapolim.

**A**n te annos urbis conditæ. M. c. lx. confinē Arabia regionē: quæ tunc Pétapolis uocabatur: arsisse penitus igne cœlesti: inter alia etiam Cornelius tacitus refert qui sic ait. Haud procul inde campos: quos ferunt olim uberes: magnisq; ut bibus habitos fluminū iactu arsisse: sed manere uestigia: terrāq; ipsam specie solida uim frugiferam perdidisse. Et cum hoc loco nihil de incensis propter peccata hominum ciuitatibus: quasi ignarus expresserit: paulo post uelut oblitus consilii: subiecit & ait. Ego sicut inclytas quondam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim: ita halitu lacus infici terram & corrumpi reor. Quo dicto inuitus licet de exustis urbibus quæ proculdubio peccatorum noxa conflagrauerant: & scisse se & concessisse confessus: palam prodidit: non sibi cognitionis fidem defuisse: sed exprimendæ fidei uoluntatem: quod nunc a me plenius profertur. In confinio Arabia & Palestina: qua dimissi altrinsecus montes subiectis campis excipiuntur quinque ciuitates fuisse referuntur Sodoma: Gomora: Adama: Seboim: & Segor. sed Segor ex his parua. illæ magnæ & amplæ: quippe quibus & soli fecunditas suberat. & Iordanis fluuius per plana diffusus: ac per opportuna diuisus augmentis ubertatis impendebatur. Huic uniuersæ regioni bonis male utenti abundantia rerū causa malorū fuit. Ex abūdātia .n. luxuria ex luxuria sceda libidines adoleuere: adeo ut masculi in masculos operātes turpitudinē: nec cōsideratis quidem locis/conditionibus ætatibusq; proruerent. Itaq; iratus deus pluit super hanc terrā ignem & sulphur: totāq; regionem cum populis atq; urbibus exustam testem iudicii sui futuram æterna damnatione damnauit ut nunc quoq; appareat quidem forma regionis: sed inueniatur regio cineris: mediamq; conuallem: quam iordanis irrigauerat: nunc mare superfusū tegat: tantumq; de rebus ut putatur: paruis diuinæ iudigationis iudicium accensum ē: ut propter hoc illi male utentes bonis: fructus miseriarum: nutrimenta libidinum fecerant: terra quoq; ipsa quæ has habuerat ciuitates: primum exusta ignibus: post oppressa aq̄s in æternam damnationem cōmuni periret aspectui.

**U**bi Romani nihil mali se passos esse dixerunt: si circus illis redderetur.

**I**taq; nunc si placet: hi: qui in Christum: quem nos iudicem sæculorum ostendimus: quantum in ipsis est sputa coniciunt: inter Sodomam & Romam discernant causas: & conferant pœnas: quæ a me uel maxime ob hoc retractæ non sunt: quia omnibus notæ sunt. Et tamen quālibenter eorum sententias acciperem: si illi fideliter: ita ut sentiunt faterentur quanquam quod de temporibus christianis rari & hoc in angulis murmurent: non usque adeo moleste accipiendum putem

cum totius populi romani cōsona uoce pariq; iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeo quodam autem paruo: & leui motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem uoluptatum indubitatissime contestatus est: ut libere conclamaret: si reciperet circum nihil esse sibi factum: hoc est: nihil egisse Romæ Gothorum enses: si concederetur spectare Romanis circenses: Nisi forte ut se habet apud plarosque hoc præcipue tempore: qui ex longa requie: uel paruam obortam sollicitudinem intolerabilem laborem putant. has clamentissimas admonitiones quibus omnes aliquando restringimur: alienis punitionibus auditis lectisque præponunt. Quos saltem de hoc ipso exitu Sodomor; & Gomorreorum moneo: ut discere atque intelligere queant: qualiter deus peccatores puniuerit. qualiter punire possit. qualiter puniturus sit. Ante annos urbis conditæ mille. septuaginta dum Thecises & Carsathii peruicax prælium aduersus Phoreneum regem Argiuorum: & Parapasios accipiunt: spem sine fructu uictoriæ gesserunt: Idemque Thecises & Carsathii post paululum bello uicti: patria profugi: ignarique rerum: credentes quia se penitus a congressu totius humanæ habitationis abstraherent: Rhodum insulã quæ Ophiusa antea uocabatur: quasi tuta possessione caperunt.

**U**bi in Achaia sæuum diluuium actum est.

**A**Nte annos urbis conditæ mille. xl. in Achaia sæuum diluuium uastatione plurima totius pene prouinciæ fuit. Quod quia Ogygis: qui tunc Eleusinae conditor & rex erat temporibus effusum est: nomen loco ac tempori dedit.

**D**e fame: quæ fuit in Aegypto.

**A**Nte annos conditæ urbis mille. xlvi. fuisse apud Aegyptum primum insolitam fastidiendamque ubertatem: deinde iugem atque intolerabilem famem legimus: cui Ioseph uir iustus & sapiens diuina prouisione subuenerit: ut Pompeius historicus refert. eiusque breuiator Iustinus docet: qui inter cætera sic ait. Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit: cuius excellens ingenium fratres ueriti interceptum peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus deportatum in Aegyptum: cum magicas sibi artes solerti ingenio percepisset: breui ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat. & somniorum primus intelligentiam condidit. Nihilque diuini iuris: humanique ei incognitum uidebatur: adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens: fruges congregasset. Tantaque eius experimenta fuerunt: ut non ab homine: sed a deo responsa accepisse uideretur. Filius Ioseph Moyses fuit: quem præter paternæ sciētiae hæreditatem etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Aegyptii cum scabiem & uutiliginem paterentur: responso moniti eum cum agris: ne pestis ad plures serperet: terminis Aegypti pellunt. hæc Iustinus. Sed quoniam hæc idem Moyses: quem isti sapientem scientemque fuisse attestantur: plenius ueriusque tanq; per se suosque gesta conscripsit: primum fide eius atque auctoritate: quam etiam isti probant: horum ignorantia est supplenda. dehinc sacerdotum Aegyptiorum fallax malitia confutanda est: qui uel astu: quod manifestius est: euidentem iram misericordiãq; ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt: particulati expositione confusa ne i cōtumeliã idolor; suor; cū colendū merito ostenderent: cuius cōsilio añunciata hæc mala: & auxilio euitata docuissēt uel forte ut indulgētius accipiamus obliti sūt. Illius. n. no sri ioseph: q; fuit ueri dei seruus: & pro creatura domini sui pie itenteque sollicitus: prou

sione ipsi abundabant frugibus: quasi sacerdotes: sed quia falsi sacerdotes erant: cum cæteris esurientibus non dolebant. Enimvero: cui placet: obliuiscitur. cui dolet: menimit: quæ huius temporis argumentum historiis factisque reticentibus ipsa sibi terra Aegypti testis pronunciat: quæ tunc redacta in potestatem regiam: restitutaque cultoribus suis ex omni fructu suo usque ad nunc quintæ partis incessabile uectigal perfoluit. Fuit itaque hæc fames magna sub rege Aegyptiorum Diapolito: cui nomen erat Amosis quo tempore Baleus Asyrios: Argiuos Apis regebat. Fuerunt autem ante annos famis septem præcedentes alii septem ubertatis anni: quorum affluentiam tanto negligentius perituram: quanto uberius natam Ioseph noster solertia sua collegit: & condidit: totamque Aegyptum conseruauit. Acquisiuit uniuersam Pharaoni pecuniam & deo gloriam reddens dispensatione iustissima: cui uectigal uectigal: cui honorem honorem omnium pecora: terras: censusque collegit. ipsos autem qui semetipsos cum terris suis accipiendæ stipis taxatione uendiderant: statuta quintæ partis portione laxauit. Hunc Ioseph: quem constituit deus Aegyptiis conseruatae salutis auctorem: quis credat ita in breui eorum excidisse memoria: ut filios eius atque uniuersam cognationem paulo post seruitio addixerint: laboribus affecerint: internitionibus profligauerint. Quamobrem non est mirandum: si nunc quoque aliqui reperiuntur: qui cum a ceruicibus suis impendentem gladium prætecto christiano nomine auerterint ipsum nomen christi: quo solo salui sunt: aut dissimulent: aut infament: grauarique se eorum temporibus asserant: quorum meritis liberantur.

**De Amphitryone Deucalione & libero.**

**A**Nno. dccc. decimo ante urbem conditam Amphitryon Athenis tertius a Cecrope regnauit: cuius temporibus aquarum illuuiem maiorem partem populorum Thesaliæ absumpsit: paucis per refugia montium liberatis maxime in monte Parnaso: in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina parnasi iuga fouit aluitque: a quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas dirosque morbos pene usque ad desolationem exastuauisse Plato testatus est. Et ne forte diuisa tempora esse credantur iræ dei furorisque bellici: ea tempestate subactam Indiam liber pater sanguine madefecit: cadibus oppleuit: libidinibus polluit: gentem utique nulli hominum unquam obnoxiam. uernacula tantum quiete contentam.

**H**ic dicitur quod populus dei in Aegypto afflictus est: & decem plagis percussa est Aegyptus. Anno ante urbem conditam octingentesimo quinto infanda Aegyptiis mala atque intolerabiles plagas incubuisse Pompeius Corneliusque testatur. Qui quidem cum hæc ambo de Iudeis referenda proponantur: aliquantulum me pro sua diuersitate mouerunt. Ait enim Pompeius siue eius abbreviator Iustinus hoc modo Aegyptii cum scabiem ac uiriliginem paterentur: responso moniti Moysen cum agris ne pestes ad plures serperet terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra Aegyptiorum furto abstulit quæ armis repetentes Aegyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt. At uero Cornelius de eadem re sic ait. Plurimi auctores consentiunt cum orta per Aegyptum tabes corpora scædaret regem Beccorum adito ammonis oraculo remedium petentem purgare regnum: & id genus hominum ut inuisum diis alias in terras uehere iussim. sic conquisitum collectumque uulgus postquam uastis in locis relictum sit. cæteris per lachrymas torpentibus Moysen unum exulum monuisse ne quæ

deorum templorum hominumue opem expectarent sed sibi met duci cœlesti crederent primo cuius auxilio præsentis miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit q̄ ipsis Aegyptiis cogentibus in deserta propulsi sunt Iudei. & postea subiungit incaute q̄ ope Moyli ducis in Aegypto miserias pepulissent. quare ostenditur quædã quæ per Moy sen strenue acta sunt fuisse celata. Item Iustinus asserit pulsum æque cum populo Moy sen sacra Aegyptiorum fuisse furatum: quæ Aegyptios armis recipere molientes coactos tempestatibus ac repullos domum redisse. Et hic aliquid amplius & si non totum prodidit quod ille celauit. Quapropter quia Moyli magno illi duci testimonium ambo dixerunt ab ipso sicut quæ per eum & gesta & dicta sunt proferantur: cum populum dei: hoc est genus Ioseph Aegyptii cuius ope salui erant seruitio oppressum labore cruciant: insuper etiam ad necandam sobolem suam crudeli imperio cogent: dimitti deus populum suum liberum ad seruiendum sibi per Moy sen nunciũ iubet. Contemptusq̄ durissimis contumaces suppliciiis agit qui decem plagis onerati ac protriti tandem quos dimittere noluerant etiam festinare coegerunt. Post aquas in sanguinem conuersas ardentibus siti grauiora afferentes pœnarum remedia q̄ pœnas. Post horridos ranarum squalores per omnia munda imundaque reptantes post ignitos siniphes & nunq̄ se toto aere uibrantes pene inuitabiles. post muscas caninas etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitantes acerbeque inferentes tam grauia tormenta q̄ turpia: post grandem omnium pecorum & iumentorum repentinam ruinam stragemque generalem. post uescas efferuescentes: ulceraque manantia: & ut ipsi dicere maluerunt scabiem ac uiriliginem totis corporibus erumpentem: post grandinem cū igne permixtam passim homines armenta atq; arbores proterentẽ: post locustarum nubes exhaustis omnibus ipsas quoque radices seminum persequentes: post tenebras imaginibus diras: crassitudine palpabiles: diuturnitate ferales. postremo post uniformem in tota Aegypto primitiuæ sobolis necem: paremque per uniuersos orbitatum tempestatem qui iubenti deo non cesserant: cessere punienti. sed mox pessime pœnitentes dimissos persequi ausi ultima nefandæ peruicaciæ expendere supplicia. Nam rex eorum uniuersũ Aegypti exercitum curribus atque equitibus instructum in circumerrantes egit: cuius numerum hoc solo uel maxime argumento conuicere possumus: q̄ eum .dc. milia uirorum timuerunt atque fugerunt. Sed protector depressorum & ultor contumacium deus diuisit subito rubrum mare: ac dilatatis utrinque marginibus rigentium undarum in montis faciem latera erecta suspendit: ut inoffensis pelagi uis prouocatis pii uiam desperatæ salutis: impii foueam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto per sicca gradientibus refusis a tergo aquarũ astantiũ molibus obruta ẽ & interfecta cū rege suo uniuersa Aegypti multitudo. tota prouincia plagis ante cruciata: ac postremo interfectione uacuata ẽ. Extant etiã nunc certissima horũ monumenta gestorũ. Nã tractus curruq; rotarũ orbitarũ nõ solũ in littore: sed etiã i profundo: quousque uisus admittit: peruidentur: Etsi forte ad tẽpus uel casu: uel curiositate turbant: cõtinuo diuinitus i pristinam faciẽ uentis fluctibus reparant: ut si quis timore dei nõ doceatur uel p̄palatæ religionis studio: iræ eius trãfactæ ultionis terreat exẽplo. His etiã tẽporibus adeo iugis & grauis æstus icãdui: ut sol p̄ deuia trãsuectus: uniuersũ orbẽ nõ calore affecisse: sed igne tot



ruisse dicat. ipressūq; feruorē & Aethiops plus solitū & isolitū scytha nō tulerit. Ex quo etiam quidam: dum non concedunt deo ineffabilem potentiam: suas inanes ratiunculas conquirentes ridiculam Phactontis phabulam texuerunt.

**De duobus fratrum filiis.**

**I**tem anno ante urbem conditam septingentesimo septuagesimo quinto inter Danai atq; Aegisthi fratrum filios quinquaginta parricidia una nocte comissa sunt. Ipse deinde tantorum scelerum fabricator Danaus regno: quod tot flagitiis acquisierat: pulsus: Argos concessit. ibiq; indigne persuasis in facinus argiuis Sthenelum: qui eum profugū e gentemq; susceperat: regno expulit atq; ipse regnavit. Busiridis in Aegypto cruentissimi tyrāni crudelis hospitalitas: & crudelior tunc religio fuit qui innocētem hospitem sanguinem diis scelerum suorum participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus ipsis ne dum etiam diis uideri potest. Tunc etiā a progne terci & Philomene incestui parricidium adiunctum est: execrabilius utriq; conuiuū per infandos cibos additum est. cum propter sororis pudicitiam ereptam: præcisamq; linguā filium paruulum mater occidit. pater comedit. Iisdem temporibus Perseus a grācia in Asiam transfuectus est: ibi barbaras gentes graui diuturnoq; bello domuit: & nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Nāq; a Perseo persæ uocati sunt. At ego nunc cogor fateri me prospiciendi finis quomodo de tanta malorum sæculi circumstantia præterire plurima. cuncta breuiare. Nequaquam enim tam densam aliquando siluam prætergredi possem nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

**De regno Assyriorum: quod per quinquaginta reges propemodū actum est.**

**I**am cum regnum Assyriorum per mille centum sexaginta annos usq; ad Sardanapalum per quinquaginta propemodum reges actum sit: & nunquam pene uel inferendis uel excipiēdis usq; in id tēpus bellis quieuerit: quis finis reperietur si ea commemorare numerando: ne dicam describendo conemur: præsertim cum & græcorum prætereunda non sint: & romanorum uel maxime recensenda sint: nec mihi nunc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia & fabulas turpiores: quorum Tantalus rex phrighiorum Ganymedem trois Dardanioregis filium cum flagitiosissime rapuisset: maiori conserti certaminis fœditate detinuit: sicut panocles poeta cōfirmat qui maximum bellum excitatum ab hoc fuisse commemorat: siue quia hunc ipsum Tantalum utpote asseclam deorum uideri uult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse: qui ipsum quoq; filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere. Tedet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atq; troianos quælibet magna referre certamina: quæ quia in fabulis celebrari solita sunt: negligentius audiuntur. Illa quoq; prætereo quæ de Perseo & cadmo Thebanis Sparranisque per inextricabiles alternantium malorum recursus Palephato scribēte referuntur. Taceo flagitia Lemniadū: prætermitto Pādionis Atheniēsū regis flebilē fugā: atrei & Thiestæ odia, supra & parricidia cælo quoq; iuisa dissimulo. Omitto Oedipū interfectorē patris matris maritū: filiorū fratrem uictoricū suum sileri malo: Eteoclem atq; Polinice mutuis laborasse concursibus ne quis eorum parricida nō esset. Nolo meminisse Medæ amore sauo saucia: & pignorum paruulorum cæde gaudentis: & quicquid temporibus illis perpetrātū conici datur:

qualiter homines sustinuerint: quod etiam astra fugisse dicuntur.

**¶** De certamine inter Cretenses & Athenienses.

**A**Nno ante urbem conditam quingentesimo. lxx. atrocissimum inter Cretense & Athenienses certamen fuit: ubi utrinque populis infeliciter profligatis cruentiorē uictoriam Cretenses exercuerunt qui nobilium Atheniensium filios minotauro: utrum fero homini an humanæ bestiae aptius dicā nescio: deuorandos crudeliter addicebant. atque informe prodigium effossis Graeciae luminibus saginabant. Iisdem diebus Laphite & Thessali famosis nimium certauere conflictibus. Sed Thessalos Palephatus in libro primo incredibilium prodit: ipsos a Laphitis creditos dictosque fuisse centauros: eo quod discurrentes in bello equites: ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

**¶** Vbi Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem uendicare sibi uoluit.

**A**Nno ante urbem conditam. cccc. lxxx. Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem diuisas pene toto caelo ac pelago plagas aut miscere bello aut regno iungere studens: Scythis bellum primus indixit: missis prius legatis: qui hostibus parendi leges dicerent: ad quae Scythae legatis responderunt. Stolide opulentissimum regem aduersus inopes sumpsisse bellum: quod timendum ipsi magis uersa uice fuerit propter incertos belli euentus: nulla praemia: & damna manifesta: porro sibi non expectandum: dum ad se ueniatur: sed ultro praedae obuiam ituros. Nec mora. nam dicta factis insequuntur. Primum ipsum Vesorem territum refuge re in regnum cogunt: destitutum uero exercitum inuadunt: omnemque belli apparatus capessunt. Vniuersam quoque Aegyptum populassent: nisi paludibus impediti repulsi fuissent. Inde continuo reuersi perdomitam caedibus infinitis Asiam uictigalem fecere. ubi per. xv. annos sine pace immorati tandem uxorū flagitatione reuocantur denunciantium: ni redeant: sobolem se a finitimis quaesituras. Medio autem tempore apud Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere. & in Cappadociae Ponticae ora iuxta amnem Thermodontem confederunt campis Themiseircis sibi subiectis: ubi diu proxima quaeque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horum uxores exilio ac uiduitate permotae arma sumunt: & ut omnibus par ex simili conditione animus fieret: uiros: qui supererant: interficiunt: atque accensae in hostem sanguine suo ultionem caesorum coniugum finitimorum excidio consequuntur.

**¶** Vbi amazones arma sumpserunt.

**A**Ute pace armis quaesita externos concubitus ieiunt. editos mares mox necant. feminas studiose nutriunt: iustis infantium dexterioribus mamillis: ne sagittarum iactu impeditur: Vnde Amazones dictae. Harum duae fuere reginae: Marpesia & Lapedo: quae agmine diuiso in duas partes uicissim curam belli & domus custodiam sortiebatur. Igitur cum Europam maxima parte domuissent: Asiae uero aliquantis ciuitatibus captis: ipsae autem Ephesum aliaque urbes condidissent: praecipuam exercitus sui partem onustam opulentissima praeda domum reuocant. reliquae ad tuendum Asiae imperium relictae cum Marpesia regina concursu hostium trucidantur. Huius locum capessit Orethia filia: quae singulari uirtutibus gloriam perpetua uirginitate cumulauit. Hac fama excitas gentes tanta

admiratio & formido iuaserat. ut Hercules quoque cum iussus fuisset a domino suo exhibere arma reginae: quasi ad inuitabilem periculum destinatus: uniuersam Graeciam lectam ac nobilem iuuentutem contraxerit: nouem longas naues praeparauerit: nec tantum cōtextus examine uirum ex iprouiso aggredi: & insperatas circūuenire maluerit. Duae tunc sorores regno praerant Arthiope & Orithyia. Hercules mari aduectus incautas iermesque pacis incuria desides oppressit. intercaesas captasque plurimas. duae sorores Antiope & Menalippe ab hercule: & Hyppolite a Theseo retentae sunt. sed Theseus Hippolytem matrimonio asciuit. Hercules Menalippem sorori reddidit. & arma reginae precio redemptionis accepit: Post Orithyiam Penthesilia regno potita est: cuius Troiano bello clarissimo inter uiros documenta uirtutis accepimus.

**H**ic dicitur de Gothis: quos Alexander & Caesar esse uitandos iudicauerunt. Rohl dolor pudet erroris humani. Mulieres patria pfuga. Europam atque Asiam idest plurimas fortissimasque mundi partes intrauerunt. puagatae sunt: deleuerunt. & .c. pene annis eueredo urbes plurimas: atque alias in construendo tenuerunt. nec tamen miseriae hominum pressura temporis deputata est. Modo autem Gethae illi: quae & nunc Gothi: quos Alexander uitandos pronunciauit. Pyrrhus exhorruit: Caesar etiam declinauit: relictis uacuefactisque sedibus: ac totis uiribus tuti Romanas ingressi puicias: simulque ad terram diu ostentati societatem Romani foederis precibus sperant: quam armis uedicare potuissent. exiguae habitatois sedem non ex sua electione: sed ex nostro iudicio rogant: quibus subiecta & pariete uniuersa terra: praesumere: quod esset libitum: liberum fuit. semetipsos ad tuitionem Romani regni offerunt: quos solos iuncta regna timuerunt: & tamen caeca gentilitas cum haec Romana uirtute gesta non uideat: fide Romanorum ipetrata non credit. nec acquiescit cum intelligat: confiteri beneficio christianae religionis: quae cognatam per omnes populos fidem iungit: eos uiros sine praelio sibi esse subiectos: quorum foemina maiorem terrarum partem immensis caedibus deluerunt.

**De raptu Helenae: & coniuratione Graecorum.**

**H**uero ante urbem conditam. ccc. tricesimo & amplius anno raptus Helenae: coniuratio Graecorum: & concursus mille nauium: dehinc decennialis obsidio: ac postremo famosum Troiae excidium praedicat: in quo bello per decem annos crudelissime gesto: quas nationes: quatosque populos idem turbo inuoluerit: atque afflixerit. Homerus poeta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit. nec per ordinem nunc retexere nostrum est: quia & operum logum & omnibus notum uideat. Verum tamen quod diuturnitatem illius obsidionis euerfionis atrocitatem: caedem captiuitatemque didicerunt: uideant: si recte isto: qualiscumque est praesentis temporis statu offenduntur: quos hostes occultra misericordia dei cum per omnes terras instructis copiis persequi possent: pacis gratia praetentis obsidibus per omnia maria sequuntur: & ne forte haec quietis amore facere credantur: seipsos ac pericula sua pro romanorum pace aduersus alias gentes offerunt.

**Aeneae in Italiam aduentus.**

**D**aucis praeterea annis iteruenientibus Aeneae pfugi ex Troia aduentus in Italiam quae arma commouerit: qualia per triennium bella excitauerit: quatos populos impliuerit: odio excidioque afflixerit ludi litterarii disciplina nostrae quoque memoriae insitum est. Horum praeterea temporis medio iteriacent exilia naufragiaque Graecorum

Pelopensium clades. Codro moriente. fatorum ignari Thraces noua in bella surgentes. & generalis tunc per totam Asiam Græciamque commotio.

**De Sardanapalo rege Assyriorum nouissimo.**

**A**Nno ante urbē cōditā .lxxiii. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus: uir muliere corruptior: qui iter scortorū greges scemineo habitu purpurā collo tractans a præfecto suo Arbaeto: qui tunc Medis præerat uisus atq; execrationi habitus: mox etiā excitis Medorū populis ad bellū prouocatus & uictus ardētī pyræ se iniecit. Exhinc regnū Assyriorū in Medos cōcessit. Deinde multis præliis undiq; scatētibus: quæ per ordinē dislerere nequaquā aptū uidetur per uarios prouētus ad Scythas Chaldeosq; & rursus ad Medos parili uia rediit. In qua breuitate pensandū est: quāta ruinae cladesq; gētū fuere: quāta bella fluxerūt: ubi totiens tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes iperitauit: qui creberrimis Persarū Assyriorūq; bellis uiginti & duos regni sui annos consumpsit. Post hūc Diocles regnauit: uir armis expertissimus semperq; bellis imoratus: q̄ auctū late imperiū moriens Astyagi dedit. Astyages uirili prole uacuus Cyri nepotē apud Persas genitū habuit. Sed Cyrus mox ut adoleuit: congregata Persarū manu auo certamen indixit. Porro Astyages oblitus sceleris sui: qđ i Harpalū dudū admiserat: cū filiū eius unicū & paruulū interfecit: epuladūq; patri apposuit: ac ne quid infelicissimæ orbitati scelix ignorātia subtraheret: ifames epulas ostēsis patri cū capite manibus iproperauit. Huius ergo facti imemor ipsi Harpalo summā belli cōmisit: q̄ acceptū exercitū statim Cyro per proditiōē tradidit: quo cōperto Astyages raptis secū copiis in Persas ipse proficiscit. ac rursus certamē istaurat: pposito suis metu: si quis de prælio cedere moliretur ferro exciperet: qua necessitate istāter Medis pugnantibus: pulsa iteꝝ Persarum acies cū paulatim cederet: matres & uxores eorū obuiā occurrūt: orāt i præliū reuertātur. Cūctātibus sublata ueste obscena corporis ostēdūt: quærentes: nū in uteros matrū uel uxorū uellent refugere. Quo facto erubescētes i præliū redeūt. & facta ipresfione quos fugiebāt: fugere cōpellūt. Ibi tunc Astyages capit: cui Cyrus nihil aliud q̄ regnū abstulit. cūq; maxime Hyrcanorū genti præposuit. In medos uero ipse reuerti noluit. Is finis iperii medorū fuit. sed ciuitates quæ tributariæ medorum erāt: a Cyro defecerant: quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit.

**Quod Phalaris Siculus tyrannidem arripuit.**

**A**t tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrannide depopulabatur: qui crudelis mente: commentis crudelior: omnia nefarie in innocētes agens inuenit aliquando quem iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidā æris opifex affectans tyranni amicitiam aptum munus crudelitati illius ratus taurū æneum fecit: cui fabre ianuam e latere composuit: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cum inclusis ibidem subiectis ignibus torreretur sonum uocis extortæ capacitas concaui æris augetet: pulsūq; ferali competens imagini murmur emitteret: nefarioque spectaculo mugitus pecudis: non gemitus uideretur. Sed Phalaris factū amplexus factorem execratus: & ultioni materiam præbuit & crudelitati. Nā ipsum opificem sua inuentione puniuit. Fuerat etiam paulo superiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos .xviii. flagitiis impietatibusque crescens ad po-

stremum diuino iudicio flumine interceptus matura supplicia immatura ætate exoluit. Eligant nunc: si uideatur: latini & Siculi: utrū in diebus Romuli & Phalaris esse maluissent: innocentium uitas pœnis extorquentium: an his temporibus christianis cum imperatores Romani ipsa in primis religione compositi post cōmunitas reipublicæ bono tyrannides ne ipsorum quidem iniurias exigunt tyrannorum.

**De bello Peloponnesium & Atheniensem.**

**A**Nno ante urbem conditam. xiii. Peloponnesium Atheniensemq; maximū bellū totis uiribus animisq; commissum est: In quo cædibus mutuis ad hoc coacti sunt: ut uelut uicti se ab alterutro subtraherēt: belloq; discederēt. Tūc etiā Amazonum gentis & Cimmeriorū i Asiam repentinus icursus: plurimā diu lateq; uastationem stragēq; edidit. Anno uicesimo ante urbem conditam Lacedæmonii contra Mesanos propter sperctas uirgines suas i solēni Mesaniorū sacrificio per annos .xx. idefesso furore bellantes ruinae suae totas Graciae uires implicuerūt: q; cū se magnis excrationibus deuouissent: sacramentisq; obstrinxissent domū nisi Mesana expugnata nūquā esse redituros: ac per decem annos longa fatigati obsidione: nec tamen aliquē uincendi fructū adepti. porro autē & querelis uxorū sup longa uiduitate: & periculo sterilitatis contestantium p̄moti reuocarent: consultatione habita ueriti: ne intercepta spes obolis sibi magis hac perseuerantia: q̄ mesaniis perditio nutrire: selectos i exercitu eos: qui post iusiurandum in supplementum militiæ uenerant. Spartam remittunt: q;bus p̄miscuos omnium sceminarū concubitus: p̄miscere infami satis nec tamē utili licētia. Ipsi autē p̄posito insistentes expugnant: fraudeq; Mesanos uictos seruitio premunt. At illi cruentam diu dominationem inter ubera & uincula perpessi iugū excutiūt: arma sumūt. bellū instaurant. Lacedæmonii Tyrteū poetam Atheniensem ducem p̄elio legū: q; tribus conflictibus fusi amissum exercitū: uocata in libertatem seruorū manu: suppleuerūt. Sed cum sic quoq; desistēdum certamine p̄pter metū piculi arbitrarētur. Tyrtei poete & ducis cōposito carmine: & p̄ cōtione recitato: rursus accensi mox in certamen ruūt. Tantaq; ui aiorū concursus est: ut raro unquā cruentius p̄liū exarserit. At postremū tamē uictoria Lacedæmoniorum fuit. Tertio Mesanii reparauere certamen. nec Lacedæmoniis mora in auxiliū copias multas utrinq; duxerūt: Athenienses uero Lacedæmonios alibi intentos diuerso aggredi parāt. nec Lacedæmonii quieuerē. Nam ipsi in Mesanos occupati Peloponneses miserūt: qui Athenienses bello exciperent Athenienses autē missa in Aegyptū parua classe impares uiribus nauali congressu facile uincunt. Dehinc recepta classe aucti etiā militum robore uictores in p̄lium uocant. Lacedæmonii quoq; omissis Mesaniis in Athenienses arma conuertunt. Diu graues & uariae pugnae & anceps uictoriae status. quare ad postremum pendente euentu utrinque discessum est. Sciendum tamen est: ipsam esse Spartam: quam Lacedæmoniā ciuitatē dicunt: atq; ide Lacedæmonios Spartanos dici. Igitur inde reuocati Lacedæmonii ad Mesaniorū bellum: ne medium tempus ociosum Atheniensibus relinquerēt: cum Tebanis paciscuntur: ut Boetiorū imperium eis restituerent: quod tēporibus belli Persici amiserant si illi Atheniensium bella susciperent. Tantis furor Spartanorū erat: ut duobus bellis implicari suscipere terminum non recusarent: dummodo inimicis suis hostes acq;rerēt. Athe

niēses tāta belloꝝ tēpestate permoti duos dies deligūt. Periclē spectatae uirtutis uirū & Sophoclē scriptorē tragœdiarū: q̄ diuiso exercitu & Spartanorū fines populati sūt & multas Asiæ ciuitates Atheniensiuū iperio adiecerūt: Hinc porro per annos. Licerta semper uictoria terra mariq; pugnatū est: donec Spartani & opibus iminutis: & fide p̄fligata sociis quoq; p̄bro fuere. Sed hæc p̄ tot ætatum uolumina icubuisse Græciæ paruipendit. Nūc autē iterpellari iterdiu uoluptates & ipeidiri parūq; libidines nō sustinetur: q̄q̄ inter illius temporis homines atq; istius hoc interest. q̄ illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant: quia i his nati uel enutriti erāt: & meliora non nouerant. Isti autē perpetuo in uita sua tranquillitatū & deliciaꝝ sereno assuefacti: ad omne uel modicū obductæ sollicitudinis nubilū commouentur. Atq; utinā ipsum depulsoꝝ huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc ignoratam aliis tēporibus iugitatem pacis habuerunt. Et quoniam sponondisse me memini: cū ueluti articulis quibusdā dicēdi ordinē definire: dicturū me esse ab orbe condito usq; ad urbē conditā: huic uolumini: quod ab orbe condito explicuimus: finis hic sit ut ab urbe condita sequens libellus incipiat: qui contextiora illoꝝ temporū mala exercitationibus quippe ad nequiciam atque eruditionibus hominibus continebit.

**P**auli Orosii historiarum secundi libri initium.

**E**minem iam esse hominum arbitror: quem latere possit: q̄ hominem i hoc mūdo deus fecerit. unde etiā p̄cāte homine mūdus arguitur. ac propter nostrā iemperatiā comprimendā terra hæc: i qua uiuimus: defectu cæterorū animaliuū & sterilitate suorū fructuū castigat. Itaq; si creatura dei merito: & dispēlatio dei sumus: quis magis diligit eam: q̄ ille qui fecit? Quis autē ordinatius regit: q̄ is: qui & fecit & diligit? Quis uero sapientius & fortius ordinare & regere facta potest: q̄ qui & facienda prouidit: & prouisa perfecit? Quapropter omnem potestatem a deo esse: omnemq; ordinationem & qui non legunt sentiunt: & qui legunt cognoscunt. Quod si potestates a deo sunt: quāto magis regna: a quibus reliquæ potestates progrediuntur? Si autē regna diuersa: quāto æquius regnū aliquod maximum cui reliquorū regnorū potestas uniuersa subiicitur? Quale a principio Babylonicū: & deinde Macedonicū fuit. post etiā Africā: atq; i fine Romanū: quod usq; ad nūc manet: eadēq; ineffabili ordinatōe p̄ quattuor mundi cardines. iiii. regnorū principatus fuere distinctis gradibus eminētes: ut Babylonicū regnū ab oriēte. a meridie Carthaginēse. a septētrione Macedonicū. ab occidēte Romanum: quorum iter primum & nouissimum: idest iter Babylonicum & Romanum: quasi inter patrem senem ac filium paruum Africanum & Macedonicum breuia & media: quasi tutor curatorque uenerūt: potestate temporis nō iure hæreditatis admissa: Quod utrum ita sit: apertissime expedire curabo.

**D**e Nino rege Assyriorum occiso.

**R**ex primus apud Assyrios: qui eminere cæteris potuit: Ninus fuit. Occiso Nino Semiramis uxor eius totius Asiæ regina Babyloniā urbem instaurauit: caputq; regni Assyrii: ut esset: instituit. Regnum assyriorum diu inconcussa potentia stetit. sed cum Arbactus: quem alii Arbacem uocāt: præfectus Medorum: idēq; natione Medus Sardanapulū regē suū apud Babyloniā interfecisset: regni

nomē & summā ad Medos trāstulit. Ita Nini & Babylonis regnū eo anno i Medos deriuatū est: quo anno apud Latinos Procas Amulii & Numitoris pater: auus autem Rheæ Siluiæ: quæ mater Romuli fuit: regnare cœpit. Vt aut̄ omnia hæc ineffabilibus mysteriis & pfundissimis dei iudiciis disposita: nō aut̄ humanis uiribus aut incertis casibus accidisse p̄doceā: omnes historiæ antiquæ a Nino incipiunt. omnes historiæ Romanæ a Proca exoriūtur. Deinde a primo anno imperii Nini usq; quo Babylon a Semiramide instaurari cœpta est: iterueniūt anni. lxxiiii. Et a primo anno Proca cū regnare cœpit usq; ad cōditionē urbis factam a Romulo: iter sunt anni æque. lxxiiii. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis iacta est. etsi nōdū germē apparet. Eodem anno ipsius Proca regni Babylonis regnū defecit: etsi adhuc babylon ipsa cōsistit. Discedēte autē Arbactō in Medos partē regni penes se retinere Chaldei: qui babyloniā sibi aduersum Medos uēdicauerūt. Ita Babyloniæ potestas apud medos. proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi aut̄ p̄pter antiquā regiæ urbis dignitatē nō illam suā: sed se illius uocari maluerunt. Vnde factū est: ut Nabuchodonosor cæteri q; post eū usq; ad Cyreges quis Chaldæorum uiribus potentes. & Babyloniæ nomine clari legantur: i numero tamen & ordine regum nō habeātur illustrium.

**Q**uādo Babylon illa cecidit. & Roma surrexit.

**B**abylon itaq; eo anno sub Arbactō p̄fecto dehonoraata est: quo Roma sub Proca rege ut p̄prie dixerim seminata est. Babylon nouissime eo tēpore a Cyro rege subuersa: quo primū Roma a Tarquiniorū regū dominatione liberata est. Siquidem sub una eademq; conuenientia temporum illa cecidit: ista surrexit. Illa tunc primum alienigenarum perpeffa dominatum: hæc tunc primum etiam suoz aspernata fastidiū. Illa tūc quasi moriēs dimisit hæreditatē. hæc uero pubescens tūc se agnouit hæredē. Tūc oriētis occidit imperiū: & ortū est occidētis. Et ne diutius uerbis morer: cōmitto me dētibus isaniētū: sed ueritatis p̄sidio liberādū. Regnauit Ninus annis. lii. Medio imperii sui tempore Babyloniā caput regni condidit.

**D**e Babylone & Roma.

**I**tem babylon post annos. M. c. lxxiiii. q̄ condita erat a Medis & Arbactō rege eorum: p̄fecto autem suo spoliata opibus & regno: atque ipso rege priuata est. ipsa tamen post aliquandiu mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidem. hoc est. M. c. lxxiiii. a Gothis & ab Alarico rege eorum: comite autem suo irrupta: & opibus spoliata: non regno: manet adhuc: & regnat incolumis: quamuis intantum arcanis statutis in utranque urbē conueniētiæ totius ordo seruatus sit: ut & ibi p̄fectus eius Artabus regnum inuaserit: & hic huius p̄fectus Attalus regnare tentauerit: tam& si apud hanc solam merito christiani imperatoris Honorii attentatio prophana uacuata sit. Itaque hæc ob hoc p̄cipue commemoranda credidi: ut tanto arcano ineffabilium iudiciorum dei ex parte patefacto intelligant hi: qui insipienter utique de temporibus christianis murmurant: unum deum disposuisse tempora: & in principio Babyloniis & in fine Romanis. Illius clæmentia esse: quod uiuimus. quod autem misere uiuimus intemperantiæ nostræ. Ecce similis Babyloniæ ortus. & Romæ similis potentia. similis magni

tudo. similia tēpora. similia bona. similia mala. tametsi non similis exitus similisue defectus. Illa enim regnum amisit. hæc retinet. Illa interfectione regis orbata. hæc icolumi imperatore secunda est. Et hoc quare? quoniam ibi in rege libidinum punita turpitudine. hic christianæ religionis cōtinētissima æquitas i rege seruata est. Ibi absq; religionis reuerentia auiditatem uoluptatis licētia furoris impleuit. hic & christiani fuerunt: qui parcerent: & propter quorum memoriā. & i quosq; memoria parcere. Quia propter desināt religiōem lacerare: & laceſſere patientiam dei ppter quā habēt quod habent: & utinam hoc quoque impunitū habeāt: si aliquādo desistant. Recolant sane mecū maiorū suorū tempora bellis inquietissima: sceleribus execrabilia: dissensionibus fœda: miseris cōtinuatissima: quæ & merito possunt horrere: qui affuere: & necessario debent rogare: ne sint. eum sane rogare solum deum: qui & tunc occulta iusticia permisit ut fierent. & nūc aperta misericordia præstat: ut non sint: quæ modo a me plenius ab ipso urbis exordio peruolutis per ordinem historicis proferentur.

**U**rbis Roma in italia condita.

**A**Nno igitur post euerſionem Troiæ circiter. ccc. xxxv. Olympiade aut sexta: quæ quinto demum āno quatuor i medio expletis apud Elidem Græciæ ciuitatem agone & ludis exercere solet: urbs Roma i Italia a Remo & Romulo geminis auctoribus condita est: cuius regnū cōtinuo Romulus parricidio imbuuit pariq; successu crudelitatis sine more raptas sabinas improbis nuptiis confœderatas maritorū & parentū cruore dotauit. Itaq; Romulus interfecto primum auo Numitore: dehinc Remo fratre arripuit imperiū. urbemq; cōstituit Regnū aui. muros fratris. templū soceri sanguine dedicauit. sceleratorum manu p̄miscua impunitate collegit. Primus illi campus ad bellum forum urbis fuit. mixta simul externa ciuiliaque bella nunquā defutura significans. Sabinorum: quos fœdere ludisque pellegerat: fœminas tam inhoneste præsumpsit: q̄ nefarie defendit. Ducem eorum Titum Tatium senem honestis pietatis causis insistentem: diu armis propulsatum mox ut in societatem regni assumpsit: occidit. Cum Veientibus prælium adhuc paruo nomine magnis uiribus agitatum est. Cēninentium captum ac dirutum oppidum. assumptis semel armis nunq̄ quies fuit: quippe quibus egestas turpis atque obscena fames domi timeretur si unquā paci acquieuisſent. Iam hinc incessabilia certamina: & iuxta quantitatem uirium semper grauiā q̄ breuissime strinxero: Tullum Hostilium militaris rei institutorem fiducia bene exercitæ iuuentutis Albanis intulisse bellum: & diu altrifecus spe incerta certa que clade tandem pessimos exitus & dubios euentus compendiosa ter geminorum congressione fuisse. Rursus pace dirupta Metium Suffetium Fidennate bello meditata etiam prodicione suspensum: curribus in diuersa raptantibus duplicis animi noxam pœna diuisi corporis expendisse. Latinos Anco Martio duce saepe congressos: aliquando superatos. Tarquinium Priscum omnes finitimos & potentes tūc xii. Ihusciæ populos innumeris concidisse cōflictibus. Veientes Seruo Tullio insitēte uictos fuisse nec domitos: Tarqnii supbi regnū occiso socero scelere assūptū: hita in ciues crudelitate detētū flagitio adulteratæ Lucretiæ amissū: & itus domestica uicia uirtutesq; forifecus emicātes. i. oppida ualida i Latio p̄ eū capta Ardeā Ocricolū. Diuessā



Pometiamque & quicquid in Gabios uel fraude propria uel poena filii uel Romanis uiribus perpetravit. Sed Romani quanta mala per. cc. xl. & .iiii. annos continua illa regum dominatione pertulerint non solum unius regis expulsio: uerum etiam ab iuratio regii nominis & potestatis ostendit. Nam si unius tantum superbia fuisset in culpa ipsum solum oportuisset expelli seruata regia dignitate. Melioribus igitur regibus urbe propulsis Romani consulendum sibi q̄ cuiq̄ suæ libertati dominandum rati consules creauerunt quibus ueluti adulta reipublicæ crescentis ætas robustioribus ausis exercebatur.

**A**Nno post urbem cōditam, cc. xliiii. Brutus primus apud Romanos consul primum conditorem regemque Romæ nō solum exæquare parricidio: sed & uincere studuit. Quippe duos filios adolescentes totidemque uxoris suæ fratres Vitellios iuuenes reuocandorum in urbe regum placitos insimulatos in concionem protraxit uirgis cecidit securique percussit. Ipse deinde Veientum Tarquiniensiumq̄ bello cum Arunte superbi filio congressu sibi commortuoque procubuit. Porfenna rex Hetruscorum grauissimus regii nominis suffragator Tarquiniensium manum ingerens tribus continuis annis trepidam urbem terruit, conclusit, obsedit, & nisi hostem uel <sup>mutuis</sup> constanti urendæ manus patientia uel uirgo Chloelia admirabili transmeati fluminis audacia permouisset: profecto Romani compulsi fuissent peti aut captiuitatem hoste insistente superati: aut seruitutem recepto rege subiecti. Post hæc Sabini corrasis undique copiis magno apparatu belli romani contendunt quo metu consternati romani dictatorem creant cuius auctoritas & potentia consulem præiret: quæ res in illo tunc bello plurimum emolumentum tulit. Sequitur discessio præbis a patribus cum Marco Valeriano dictatore delectum militum agente uariis populis stimulatus iniuriis sacrum montem insedit armatus. qua pernicie quid atrocius: cum corpus a capite defectum perditionem eius: per quod spirabat: meditaretur actumque de Romano nomine intestina pernicie foret: nisi maturata reconciliatio subrepisset prius: q̄ se discessio ipsa cognosceret. urget. n. se atq̄ imminet sibi extra illas apertas bellorum clades successu misero clandestina pernicies. Quippe Tito Gessonio & Publio Numitio consulibus duo uel maxima omnium malorum abominamēta fames & pestilentia fessam urbem corripuere. Cessatum est paulisper a præliis: cessatum tamen a mortibus non est. Veientes & Hetrusci graues hostes adiunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes obuiss Marco Fabio & Gneo Manlio consulibus excipiuntur: ubi post sacramentum iurationis: quo se Romani deuouerant: non nisi post uictoriam ad castra redituros: adeo atrox certamen fuit: ut uictis uictoribus que par forma esset. & amisso plurimo exercitu: occisisque in pugna Manlio consule & Fabio consulari Marcus fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum suscipere recusaret: quia tantis reipublicæ detrimentis luctus potius debebatur. Gloriosissima illa numero & uiribus Fabiorum familia Veientanum sortita certamē quātā reipublicæ orbitatē occasu suo itulerit: ifamibus usq̄ nūc uocabulis testes sūt fluuius q̄ pdidit & porta quæ emisit. Nā cū sex & .ccc. Fabii uere clarissima Romani status lumina speciale sibi aduersum Veientes decerni bellum expetiuisset: spē temere sumptæ expeditionis primis successibus firmauerunt. Dehinc inducti in insidias circumuentiq̄ ab hostibus oēs ibidem

trucidati sunt: uno tantum ad enunciandam cladem reseruato: ut miserius audiret patria perditos: quā perdidisset. Ad hæc non Romæ tantum talia gerebantur. sed quæque puincia suis ignibus æstuabat. & quod poeta præcipuus in una urbe descripsit: ego de toto orbe descripsim. Crudelis ubique luctus. ubique pauor. & plurima mortis imago.

**U** De regno persarum & Cyro rege.

**H** Gitur eodem tempore Cyrus rex Persarum: quem superius explicandæ historiæ causa commemoraueram: qui tunc Asiam: Scythiam: totumque orientem armis peruagabatur: cum Tarquinius superbus urbem: uel rex: uel hostis aut seruitio premebat: aut bello: Cyrus: ut dixit cunctis: aduersum quos ierat: perdomitis: Assyrios & Babyloniam petit gentem. urbemque tunc cunctis opulentiorē sed impetum eius Ganges fluuius secundæ post Euphratem magnitudinis interceptit. Nam cum unum regionum equorum candore formaque præcipuum cum equite transmeandi fiducia persuaso: qua per rapacem alueum offensi uada uorticis attollebant abreptum præcipitatumque mersisset: rex iratus ulcisci in amnem statuit. contestans eum qui tam præclarum equum equitemque uorasset. sceminis uix genua tangentibus a se permeabilem relinquendum. Nec in peragendo segnior totis copiis perpete anno Gangem fluuium per magnas concisum deductumque fossas i. cccc. & .lx. alueos comminuit. Eo opere perdoctis fossoribus etiam Euphratem longe ualidissimum & mediam Babyloniam interfluentem deriuauit. Ac sic meabilibus uadis siccum. etiam patentibus aluei partibus iter fecit: cepitque urbem. quā uel opere humano extrui potuisse: uel humana uirtute: destrui posse utrunque pene incredibile apud mortales erat. Nanque Babyloniam a Nembroth gygante fundatam: a Nino uel Semiramide reparatam multi prodidere. Hæc campi planicie undique conspicua: natura loci latissima castroꝝ facie moenibus paribus per quadrum disposita murorum eius uix credibili relatu firmitas & magnitudo. i. latitudo cubitoꝝ. i. altitudo quater tanta. Cæterum ambitus eius. cccc. lxxx. stadiis circūuenit. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus fossa extrinsecus late patēs uice amnis circumfluit. A frōte murorum .c. portæ æreæ. Ipsa autem latitudo in consumatione pinnarum utroque latere habitaculis defensorum æque dispositis media intercapedine actas quadrigas capit: domus intrinsecus quater geminæ habitationes minaci proceritate mirabiles. Et tamen magna illa Babylon prima post reparationem humani generis condita. nunc pene etiam minima mora uicta: capta: ac subuersa est. Ibi tunc Cræsus rex Lydorum famosus opibus: cum ad auxiliandum Babylonis uenisset: uictus sollicitusque in regnum refugit. Cyrus autem posteaque Babyloniam ut hostis inuasit: ut uictor euertit: ut rex disposuit: bellum transtulit in Lydiam: ubi conterritum superiore iam prælio exercitum nullo negotio superauit. Ipsum etiam Cræsum cepit: captumque uita & patrimonio donauit. Exaggerare hoc loco mutabilium rerum instabiles status non opus est: quicquid enim est opere & manu factum labi & consumi uetustate Babylon capta confirmat: cuius ut primum imperium ac potentissimum extitit: ita primum cessit: & ueluti quodam iure succedentis ætatis debita posteris traderetur hæreditas: ipsis quoque eadem tradendi formulam seruaturis: ita ad proxima aduentantis Cyri tentamenta succubuit magna Babylon: & ingens Lydia. amplissima orientis cum capite suo bra-

chia: unius prælii expeditione ceciderunt. & nostri in circumspecta anxietate causantur: si potentissimæ illæ quondam Romanæ rei publicæ moles nunc magis inbecillitate propriæ senectutis: quàm alienis concussæ uiribus contremiscunt.

**C**yrus Scythis bellum intulit: & a Tomyri regina quæ tunc eis præerat: uictus & occisus est. **I**gitur Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum intulit: quem Tomyris regina: quæ tunc genti præerat cum prohibere transitum araxis fluminis posset: transire permisit: primum propter fiduciam sui: dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi. Cyrus itaque Scythiam ingressus: procul a transmissio flumine castra metatus. insuper astu eadem instructa uino epulisque deseruit: quasi territus refugisset. Hoc comperto regina tertiam partem copiarum & filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit. Barbari ueluti ad epulas inuitati primum ebrietate uincuntur. mox reuertente Cyro uniuersi cum adolescente obruncantur. Tomyris exercitu ac filio amisso uel matris: uel reginæ dolorem sanguine hostium diluere promptius: quàm suis lachrymis parat. Simulat diffidentiam desperatione cladis illatæ: paulatimque cedendo Superbum hostem in insidias uocat. Ibi quippe compositis inter montes insidiis. cc. M. Persarum cum ipso rege deleuit: adiecta super omnia illius rei admiratione: quod nec nuncius quidem tantæ cladis super fuit. Regina caput Cyri amputari: atque in utrem humano sanguine oppletum conici iubet: non muliebriter increpitans. satia te sanguine: quem sitisti: cuius per annos triginta insatiabilis perseuerasti.

**D**arius post aliquantum temporis: occiso Cyro rege regnum suscepit.

**A**nno ab urbe condita. cc. xl. quinto Darius. Cyro apud Scythas interfecto: post aliquantulum iteruallum sorte regnum adeptus est. Regnavit. n. mediæ eorum Cambises Cyri filius: qui deuicta Aegypto cunctam Aegypti religionem abominatus cærimonias & templa eius deposuit. Post hunc etiam magi duo sub nomine quem occiderant: regis regno obrepere ausi: qui quidem mox deprehensi & oppressi sunt: Darius itaque unus ex his qui magorum audaciam ferro coercuerant: consensu omnium rex creatus est: qui postquam Assyrios ac Babyloniam Persarum regno deficiente bello recuperauit: Attyro rege Scytharum hac uel maxime causa bellum intulit: quod filia eius petitas sibi nuptias non obtinuisset. Magna scilicet necessitas pro unius libidine hominis. dvii. M. uirorum periculo mortis exponi incredibile quippe apparatu cum. dvii. M. armatorum Scythiam ingressus: non facientibus hostibus iuste pugnae potestatem: insuper repentinis in curribus extrema copiarum dilacerantibus: metuens ne sibi reditus interrupto ponte Istri fluminis negaretur: amissis. lxxx. M. bellatorum trepidus refugit: quauis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit: & quem habendum uix quisquam ambire ausus esset: perditum ille non sensit. Inde Asiam Macedoniamque aggressus perdomuit: Ionas quoque nauali congressione superauit. Deinde in Athenienses: quod Ionas aduersum se auxilio iuuisent: impetum fecit. atque arma direxit: Porro Athenienses ubi aduentare Darium compererunt: quamuis auxiliū a Lacedæmoniis: poposcissent tamen cum detineri Persas quatruiduanæ religionis ocio compertum haberent: spem occasione sumentes instructis tantum. x. M. armatorum ciuium: & Plataënsibus auxiliariis

.M. aduersum .dc. milia hostium campis Marathoniis proruperunt. Melciades ei tunc bello præfuit: qui celeritate magis quàm uirtute fretus alacri satis expeditione prius hosti cominus inhæsit: quàm posset expedito sagittarum iactu propulsari. Tanta in eo bello diuersitas certandi fuit: ut ex alia parte uiri ad occidendum parati: ex alia pecudes ad moriendum præparatæ putarentur. cc. M. Persarum apud campos Marathonios ea tempestate ceciderunt. Sensit Darius hoc damnum. Nam uictus fugatusque arreptis nauibus refugit in Perlas. Cum autem istauraret bellum: & ulcisci in uictores moliretur: in ipso apparatu concidit olympiade septuagesima quarta: hoc est post urbem conditam anno. cc. lxx. quinto: quo tempore Romæ Popilia uirgo ob crimen stupri uiua defossa est. Xerxes Dario patri in regno succedens bellum aduersus Græciam a patre susceptum: per quinquennium instruxit: quod Demaratus Lacedæmoniis: qui tunc forte apud Xerxen exulabat: per tabellas primum scriptas: deinde cæratas suis prodidit.

**X**erxes Dario in regnum patris successit. Gitur Xerxes. dcc. M. armatorum de regno. & .ccc. M. de auxiliis: rostratas etiam naues. M. cc. onerarias autem tria. M. numero habuisse narratur. ut merito inopinato exercitui immensæque classi uix ad potum flumina: uix ad ingressum terras: uix maria ad cursum suffecisse memoratum sit. Huic tam incredibili temporibus nostris agmini: cuius numerum nunc difficilius est astrui: quàm tunc fuit uinci. Leonides rex Spartanorum cum. iiii. M. hominum in angustiis thermopylarum obstitit. Xerxes autem contemptu paucitatis obiectæ iniri pugnam. conseri manum imperat. Porro illi: quorum cognati & commanipulares in campis Marathoniis occubuerant & certaminis simul & cladis extitere principium. Deinde succedens sibi turba maior ac segnior: cum iam neque ad procurrendum libera: neque ad pugnandum expedita: neque ad fugiendum prompta solis mortibus subiaceret: triduo continuo non duorum pugna: sed cædes unius populi fuit. Quarto autem die cum uideret Leonides undique hostem circumfundi: hortatur auxiliares socios: ut subtrahentes se pugnae in cacumen montis euadant: ac se ad meliora tempora reseruent. Sibi uero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam: plus se patriæ debere quàm uitæ. Dimissis sociis Spartanos admonet de gloria plurimum: de uita nihil sperandum: neque expectandum uel hostem uel diem: sed occasione noctis prorumpenda castra commiscenda arma: conturbanda, agmina esse. Nusquam uictores honestius: quàm in castris hostium esse perituros. Persuasi igitur mori: male in ultionem futuræ mortis armantur: tanquam ipsi interitum suum & exigerent & uindicarent. Mirum dictu sexcenti uiri castra. dc. M. irrumpunt: tumultus castris totis oritur. Persæ quoque ipsi Spartanos adiuuant mutuis cædibus suis. Spartani quærentes regem: nec inuenientes cædunt sternuntque omnia castra: peruagantur uniuersa: & inter densas strues corporum raros homines uix sequuntur. Victores sine dubio non essent: uisi mori elegissent. Prælium a principio noctis in maiorem partem diei tractum: ad postremum uincendo fatigati: ubi quisque eorum deficientibus membris uisus est sibi mortis suæ ultione satiatus: ibi inter impedimenta cadauerum campumque crassum & semigelatum sanguine palpitando lapsus & mortuus est. Xerxes bis uictus in terra nauale prælium parat. Sed Themistocles dux Atheniensem cum intellexisset Ionas: quibus dum

auxilium superiori bello præbet: in se Persarum impetum uerterat: in auxilium Xerxis instructam classem deducere: sollicitare eos parti suæ hostique subtrahere statuit. Et quia colloquendi facultas negabatur: locis ad quæ Iones accessuri nauibus uidebantur: proponi symbola: saxisque affigi iubet. socios quondam & participes periculorum: nunc autem iniuste agentes apta increpatione corripiens: atque ad antiquorum iura foederum religiosa adhortatione persuadens: præcipueque admonens: uti commisso prælio cædentium uice inhibeant remos: seseque bello auferant: Igitur rex partem nauium sibi detinens spectator pugnae in littore manet. Contra autem Artemidora regina Halicarnasi: quæ in auxilium Xerxi uenerat: inter duces primos acerrime bello immiscetur: ita: ut uersa uice in uiro foeminea cautela: in foemina uirilis audacia spectaretur. Cum autem anceps pugna esset. Iones iuxta præceptum Themistoclis paulatim se certamini subtrahere cœperunt: quorum defectio Persas iam fugam circumspectantes aperte fugere persuasit: in qua trepidatione multæ naues captæ: meræque sunt. Plures tamen sauitiam regis: uelut imanitatem hostis timentes domum dilabuntur. Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur suadens regem in regnum redire oportere prius quàm aduersa fama nouas res domi moliretur. Se autem si residuæ sibi copiae traderentur & ultionem ab hoste exacturum & ignominiam domesticam propulsaturum: aut si aduersa belli perseverassent cessurum se quidem hosti: sed tamen sine regis infamia probato consilio exercitus Mardonio traditur. Rex Abydum ubi pontem ueluti uictor maris conseruerat cum paucis proficiscitur. Sed cum pontem hybernis tempestatibus dissolutum offendisset: piscatoria scapha trepidus transiit. Erat sane quod spectare humanum genus & dolere debuerat: mutationes rerum hac uel maxime uarietate permetiens: exiguo contentum latere nauigio: sub quo ipsum pelagus ante latuisset: & iugum captiuitatis suæ uinctum ponte portasset: uilissimo unius seruuli egere ministerio: cuius potentia dum montes exciduntur: ualles replentur: amnes exhauriuntur ipsa & rerum natura cessisset: pedestres quoque copiae: quæ ducibus: commissa fuerant: labore: fame: ac metu tabuerunt: & crudescente morbo: tanta pestis tantaque foeditas morientium exorta est: ut uia cadaueribus repletur: diræ etiam alites: improbae bestiae: escarum illecebris sollicitatae moribundum sequerentur exercitum. At uero Mardonius cui reliqua belli Xerxes commiserat: afflatus primum successu breui: mox in extrema deiectus est. Olynthum siquidem Graeciae oppidum expugnauit. Athenienses uaria sollicitatione adducere in spem pacis aggressus est: ubi inexpugnabilem eorum libertatem uidet: incensa urbis parte in omnem Boetiam belli apparatus deducit. Illic quoque eum. c. M. Graecorum insecuta sunt & commisso sine mora prælio Mardonium deletis copiis ipsius uelut e naufragio nudum cum paucis fugere compulerunt: castra regiis opibus referta ceperunt non paruo quidem antiquae industriae damno. Nam post istius prædae diuisionem aurum Persicum prima uirtutis Graeciae corruptio fuit. Urget igitur iceptus miseros extrema perditio. Nam forte eodem die quo in Boetiam Mardonii copiae deletae sunt: pars Persici exercitus in Asia sub moenibus Mychales nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriusque classis & populi impleuit aures Mardonii extinctas copias: Graecos extitisse uictores. Mira diuini iudicii ordinatio. In Boetia

oriente sole bellum fuisse commissum: In asia meridianis horis sub eadem die: tantis spatiis maris terræq; interiacentibus: nūciatum: cui rumori uel maxime astipulatum est: quod Persas audita clade sociorum primū dolore dehinc desperatione correptos: nec bello expeditos: nec fugæ habiles reddidit. Atq; ita cōsternatos profligatosq; constantior factus hostis successu fœlicitatis inuasit.

**X**erxes rex a suis occisus est.

**X**erxes bello ī græcia infœliciter gesto: cōtēptibilis suis factus per artabanū præfectum suum in regia circūuentus occiditur. O tempora desiderio & recordatione dignissima. O dies illos inoffensæ serenitatis: qui nobis ueluti e tenebris respiciendi proponuntur: quibus breuissimo iteruallo de uisceribus unius regni decies nouies centena milia uirorum: tribus proximis regibus: tria bella rapuerunt: ut taceam de infœlicissima tunc græcia quæ totum hunc: de quo nunc hebescimus: numerū moriēdo superauit. Leonides ille clarissimus dux lacedemoniæ: ī bello isto aduersus Xerxem qđ supremum ipsi atq; hostibus fuit: cum sexcentis famosissima illa incitamentā dixissent: prandete: tāq; apud inferos cœnaturi: auxiliariibus tamē: quos excedere bello iubebat misericorditer suasit: ut se ad meliora tempora reseruarent. Ecce cum ille promiserit futura meliora: isti q; afferant meliora præterita: quid aliud colligi datur: utroq; in suis detestante præsentia: nisi aut semp bona esse: sed ingrata: aut nūq; omnino futura meliora. At romæ: ut ad id tempus redeam: unde digressus sū: neq; enim interuallo miseriarum ad alios trāsire compellor: sed sicut se quōdam efferuescentia mala ubiq; ipsis actibus colligunt: ita etiam permixta referuntur: nobis quippe conferre inter se tempora urbis: non cuiusquā partis eius laboribus insultare propositum est.

**Q**uod grauis pestilentia Romam inuasit.

**R**omæ ergo post urbem conditam anno. cc. sexagesimo suspensio ad modicum bello grauis pestilentia: quæ semper ibi raras inducias aut factas intercepit: aut ut fierent coegit: per uniuersam ciuitatem uiolenter incanduit: ut merito præcedente prodigio cœlum ardere uisum sit quando caput gentium tanto morborum igne flagrauit. Nam eo anno L. butium & seruiliū ambos consules pestilentia consumpsit: militares copias plurima ex parte confecit: multos nobis præcipueq; plæbem fœda tabe deleuit: quæ iam superiori etiam quarto anno oborta lues eundē populū depopulata sit.

**P**ost pestilentiam multa & graua bella sustinuerunt Romani.

**P**roximo dehinc anno ciues exules seruiq; fugitiui duce Herdonio uiro sabino inuasert: incenderuntq; capitolium: ubi fortissime quidem Valerio consule & imperatore obstitere iuniores: sed adeo atrox & graue discrimen prælii fuit: ut ipse quoq; consul Valerius ibi fuerit occisus: & indignam de seruis uictoriam insup etiam sua morte fœdauerit. Sequitur annus in quo cōiuncto exercitu consul obsessus ē. Nam minutiū cōsulem cōgressum prælio equi uolsciq; superant: & fugiētē in algidum fame: ferroq; cinxerunt: actūq; infœliciter foret ni quintius Cicinnatus: præcipuus ille dictator artā obsidionem oppresso hoste soluisset: qui repertus ruri ab aratro accersitus ad impiū fasces sūpto honore: instructoq; exercitu: mox uictor effectus iugū boū equis ipo suit: uictoriāq; quasi stiuā tenēs subiugatos hostes præ se egit primus. Anno q ab urbe cōdita p̄ximus trecētesimo fuit: dū legati ad Atheniēses p̄pter solonis leges deferēdas missi expectant: arma romana fames pestilētiaq; cōpescuit. Ipso autē trecētesimo anno

hoc est olympiade nonagesima quinta potestas cōsulum decē uiris tradita cōstituēdaq;  
legū atticæ gratia magnā reipublicæ p̄nitiē inuexit. Nā primus ex decē uiris: cedētibus  
ceteris solus Appius Claudius sibi cōtinuauit īperium: statimq; aliorū cōiuratio subse-  
cuta ē: ut more cōtēpto: quo insigne īpii penes unū: potestas autē cōis erat: oēs oīa p̄priis  
libidinibus agitabāt. Itaq; inter cetera: quæ insolētissime cūcti p̄sumebāt: repēte lingu-  
li cū duodenis fascibus ceterisq; īpii insignibus p̄cesserunt: de nouo improbæ ordinati-  
onis īcepto ablegata religiōe cōsulū emicuit agmen tyrānorum duabus tabulis legū ad  
decem priores additis: augētēsq; insolētissimo fastu plurima: die quo deponere magistra-  
tum mos erat: cū iisdem insignibus p̄cesserūt. Maxima Appii Claudii libido auxit inui-  
diā: q; ut uirginia uirgini stuprum inferret: prius seruitutis causā intulit. Quāobrē ada-  
ctus uirginus pater dolore libertatis & pudore dedecoris p̄tractā ad seruitutē filiam in  
conspectu populi prius parricida p̄strauit: qua populus necessitate atrocitatis p̄motus:  
& periculo libertatis admonitus mōtem auentinum occupauit armatus. Nec tueri armis  
libertatem destitit: nisi postq; se cōiuratorū cōspiratio ipsis quoq; hono ribus abdicauit.  
Tertia & quinta post cētēsimam olympiadem p̄ totū fere annū tam crebri tāq; etiā gra-  
ues in italia terræmotus fuerūt: ut de innumeris quassationibus ac ruinis uillarū oppido-  
rūq; assiduis Roma intus fatigaretur. Deinde ita iugis & torrida siccitas fuit: ut p̄sēn-  
tis tūc futuriq; anni spem gignendis terræ fructibus abnegarit. His deniq; temporibus  
cum fidennates hostes maximorum auxiliorū manu stipante terribiles romanis arcibus  
īminerēt. Aemilius tertio dictator magnā mali molē ipsis fidennis uix captis depulit: &  
sanauit: tāta ī ipsis erat malorū animorū cōtētio: ut uel domesticæ clades superfusa forin-  
secus bella oblitterarent ul post dāna belloꝝ inducias relaxatas diuersæ pestes cœlo ter-  
raq; excandescentes incessabili infestatione corrumpere.

**Q**uod sicilia semper fuit nutrix tyrannorum.

**S**icilia ab initio patria ciclopum: & post eos semper nutrix tyrannorū fuit. Saepe  
etiam captiua seruorū: quorum primi carnibus hominū mediæ cruciatibus: po-  
stremi mortibus pascebant: excepto eo: qd̄ externis bellis aut p̄da habebat:  
aut p̄mium. Hæc ut q̄breuissime absoluā: regem malorū: nisi nūc nescit: imo ut euide-  
tius diuersitates tporū declarēt: sicut antea uel ītestinos uel externos tumultus p̄pessa est  
īter oēs sola sēp: ita nūc ex oibus sola nunq; patit. Nā etiā ut silcā de diuturnitate uel illius  
calamitatis: qua p̄pessa ē: uel istius ecōtrario qua fruit̄ pacis. Aetna ipsa: quæ tūc cū exci-  
dio urbiū atq; agrorū crebris eruptionibus æstuabat nūc tātū īnoxia specie ad p̄terito-  
rū fidem fumat. Igit̄ ut p̄termittā interim de tyrānis: quorū mox q; fuit ultor successor  
effectus ē medio tpe: hoc ē anno ab urbe cōdita. ccc. xxxv. cū Regyni apud siciliam di-  
scordia laboraret: ciuitasq; p̄ dissēsiōne diuisa ī duas partes eet: pars una ueteranos ab Hi-  
mera urbe siciliæ ī auxiliū uocauit. Porro illi pulsas ciuitate primū his cōtra quos īplora-  
bāt: deinde mox cæsis etiam illis: qbus ad auxiliā dū cōuenerāt urbē cū cōiugibus & li-  
beris sociorū occupauere: ausi facinus nulli tyrāno cōparādū: q̄ppe cū Rhegynis qcqd̄  
uis p̄peti satius fuerit: q̄ ut ultro inuitaret: quibus patriā cōiuges liberos ac penates ipsi ex-  
torres ad p̄dā relinquerēt. At etiā catinēses: cū syracusanos graues īfestosq; paterentur  
ab atheniēsis auxiliā poposcerūt. Sed athenienses suo magis q; sociorū studio īstructā  
classē in siciliam misere: cū & sibi p̄pagare molirēt īpium: & Syracusanā classē nup̄

instructam Lacedæmoniis perficere uerentur. Et quoniã athenienses: qui missi erant: casis hostibus prospera initia superserant: maiores copias robustioręq; exercitũ cũ Lachete & Chariade ducibus in siciliam reducerũt. Sed catines belli tedio permoti: cũ syracusanis fœdus ineũt: auxilia atheniensium spernũt. Post autẽ syracusanis cõditiones pacis meditatione dominatiõis transgredientibus denuo legatos Athenas mittũt: qui capillo barbaq; squalidi: & lugubribus panis iduti: misericordiam atq; auxiliũ & sermone & habitu precarẽt. Igitur magna classis instruitur ducibus Nicias & Lamachos: tantisq; uiribus sicilia repetitur: ut suffragia sua & hi timerẽt qui impetrauisset. Athenienses duas ilico pedestres pugnas secundis successibus faciũt: cõfertosq; in urbe hostes: & obiecta classe circumdatos terra mariq; concludũt. At syracusani fractis fessisq; rebus auxiliũ a lacedæmoniis petũt: a quibus mox mittitur Gilippus solus quidẽ: sed in quo omnium præsidiorum instar præferebat: qui ueniens ut audiuit inclinatum iam belli statũ: auxiliis partim in græcia: partim in sicilia contractis: opportuna bello loca occupauit. Deinde duobus præliis uictus: nec territus: tertio congressu Lamachum occidit: hostes in fugam uertit: socios obsidione liberauit. Hinc athenienses terrestri prælio uicti: expulsi maris incunt & nauali certamine paratũ congregi: quo cognito Gilippus classẽ instructã a lacedæmoniis accersit. æque athenienses in locũ amissi ducis Demosthenẽ & Eurymedontẽ cũ supplemento copiarum mittunt. Peloponessi quoq; cũ multarum urbium cõsensu & decreto igne syracusanis auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exequuntur: & quasi de græcia translatus certamen in siciliã fuerit: sic ex utraq; parte sumis uiribus dimicant. Igitur athenienses prima congressione uincunt: castra quoq; cũ omni pecunia uel publica uel priuata: & cũ uniuerso instructu diurnæ expeditionis amittunt. Fractis opibus & in angustũ redactis suadet Demosthenes: dũ nõdũ omnino res perditæ sũt: quilibet uideantur afflictæ: domũ redeant: siciliãq; decedant. Nicias autem pudore male gestarum rerum ab initio despatior redditus manere cõcedit. Reparant nauale certamen & mox per insitiã in angustias syracusani maris deducti insidiis hostium circumueniuntur. Eurylucus dux primus occiditur. xi. naues incidunt. Demosthenes et Nicias classẽ dimittunt quæ tutius terrena expeditione fugituri: Gilippus autem primũ naues eorum relictas. c. xxx. inurat. Dehinc ipsos fugientes persequi aggressus capit: ceditq; quæ plurimos. Demosthenes dedecus seruitutis uoluntaria morte declinat. Nicias uero indignã turpẽq; uitã dedecore captiuitatis accumulatur. Igitur athenienses biennio apud Siciliã non sine lacedæmoniorum dano conflictati: aliis domi malis circumueniunt. Alcibiades enim dux pridẽ aduersus syracusas pronuntius: mox ad iudiciũ per quadã insimulatiõem detentus uoluntario exilio lacedæmoniã se cõtulit. impulitq; spartanos: ut turbatis Atheniensibus nouo rursũ bello insisterẽt: neq; eis respirandi spatium: quin opprimerẽtur relaxarent: cui incepto ita græcia omni astipulata ẽ quasi ad cõmune incendiũ restinguendũ bono publico cõgestis uiribus cõsuleretur. Darius etiã rex persarum memor paterni uitiiq; in hac urbe odii: per Thissaphernẽ præfectũ lydiæ cũ lacedæmoniis fœdus paciscit: eisq; sumptus belli & copias pollicetur. Mirũ dictu: atheniensium tãtas ea tẽpestare opes fuisse: ut cũ aduersus eos: hoc ẽ aduersus unã urbẽ græciæ: asia totiusq; orientis uiribus incursum sit: pugnãdo sæpe nec unquam cedendo cõsumpti magis uideantur fuisse quã uicti. Principio enim Alcibiades omnes socios deficere ab his ad lacedæmonios coegit: sed & ab his quoq; per inuidiam insidias appetitus aufugit: & ad Thissaphernẽ in mediã concessit: cui statim accommodato ingenio & apti eloquiũ



gratia familiarior factus: psuadet: ne lacedæmonios tā profusis opibus adiuuaret: iubet eum potius istius certaminis arbitrum spectatoremq; fieri debere: integrasque Lydiæ uires aduersus uictorem reseruandas. Quamobrem thissaphernes partem classis cum aliquanta manu deduci lacedæmonem iubet: ne uel abundantes suffragiis: alieno tuti periculo dimicarent: uel in totum destituti: susceptum certamen omitterent.

**Discordia Atheniensium: & bella graua.**

**A** Pud Athenienses uero cū diu domestica discordia agitaretur: imminēte piculo summa ipii ad senatū populi uolūtate trāsfertur. Quippe odio discordiæ nutriuntur. At ubi necessitas incubuit postpositis priuatis causis atq; odiis i cōe cōsuliūt. Sed hoc ipsū cū propter isitā gēti supbiā & tyrānicas libidines perniciosū foret: tādē alcibiades exul ab exercitu reuocat: & dux classis cōstituit. Quo cōperto principes primo Spartanis urbē prodere moliti sūt: deinde cū id frustra cogitassēt: i exiliū spōte cesserūt. Igit̄ alcibiades patria liberata classē i hostes dirigit. Cōmisso prælio uictoriā athenienses capessunt. Porro autē maior pars Spartani exercitus cæsa: duces quoq; pene oēs interfecti & .lxxx. naues captæ absq; his quæ i cōfliktu icēsæ demersæq; perierūt. Rursū bellū i terrā trāslatū Spartanis æque ifceliciter cessit: quibus rebus fracti lacedæmonii petiere pacē: nec tamē impetrare potuerunt. Præterea Syracusana præsidia in siciliā audita carthaginensis belli infestatione reuocata sunt. Quāobrē alcibiades classe uictrici totā asiā peruagat: bellis icēdiis cædibus rapit: sternitq; oia. Vrbes quæ dudū a societate defecerāt capit: recipitq; q̄ plurimas. Sic alcibiades magni nominis factus athenas cum admiratiōe & gaudio oīum uictor igredit̄. Paruo post interuallo auget uires: exercitū classēq; numero prouehit: rursūq; asiā petit. Lacedæmonii uero lysandꝛ ducē classi belloq; præficiūt: Cyrus autē frater Darii i locum thissaphernis Ioniæ Lydiæq; præpositus magnis eos opibus auxiliisq; cōfirmat. Lysāder itaq; alcibiadis exercitū prædæ intentum ac per hoc ubiq; dispersum ac uagū repentino icursu opprimit: sine cōfliktu aliquo uincit: cæditq; fugiētes. Magna hæc clades athēiēsibus: & multo atrocius uulnus: q̄ dudum isfixerāt: susceperunt: quo cōperto athenienses: opinati sunt Alcibiadē antiquum exilii sui dolorē: isto scelere pditionis uindicare curasse: ideoq; in locū eius cononē cōstituit: cui residuā manū & sumā belli cōmittūt: qui supplere saltē nūero exhaustas copias uolens senes & pueros legit: exercitūq; cōscripsit. Sed huiusmōi manus morā bello nō attulit: quippe qd̄ robore: nō numero confici solet. Itaq; statim imbellis manus uel capta uel cæsa ē: tātaq; strages occisorū illo prælio facta ē: ut deletū nō solū regnū: sed etiam nomen atheniēsium uideret̄. At illi desperatis rebus statuunt urbē peregrinis dare: ut qui p̄ totā Asiā paulo ante dominati sunt: nūc ex hac colluue muros saltē libertatēq; tueant: & quis uel suo iudicio ad hæc tuēda etiā obiectis muris nō sufficiat: iteq; tamē expiri nauale præliū parāt. Ex̄ s̄ cōsiliū furor dolorem uirtutem putat: quātūq; meditat̄ ira: tātum pmittit audacia. Itaq; oibus partim captis: partim iterfectis de ipsis quoq; reliquiis nihil reliqui factū ē. Solus dux conon superstes bello & populo: timens ciuium crudelitatem ad Cyrū regē cōcessit. Euagoras autē dux lacedæmoniorū adeptis oibus ciuitatibus nihil atheniensibus præter inanē urbē reliquit. nec hoc diu: nā & ipsam urbē postea obsidione circūdedit. Angebat intrinsecus fames: desolatio: & morbus obsessos. Et cū post oia miseriarum abominamenta: quæ etiā dicere horroris ē: nihil spei præteritæ præter mor-

tē occurreret: pacē petiuere. Magna hinc iter spartanos & socios fuit deliberatio: & cum plurimi inq̄tissimam ciuitatem sternēdam solo: populūq; infestissimum cum ipso nomine abolendum pronunciarent: Spartani negauerunt sepermiffuros: nisi ut e duobus Græciæ oculis unus erueretur: insuper etiam pacē promiserūt: si Pyraei portus ducētia i urbē munimina uerterentur: nauesq; reliquas ultro traderent. Huic conditioni addictis & succumbentibus: Lacedæmonii Lyfandꝛ ad cōponēdas in urbe parendi leges cōstituerūt. Insignis hic ānus & expugnatiōe athenarū: & morte darii Persarū regis: & exilio Dionysii Sicilia tyrāni fuit. Igit̄ .xxx. rectores atheniensibus ordinati. xxx. tyrāni exoriant̄: q̄ primo se tribus. M. satellitū stipant: mox etiā. dcc. milites uictoris exercitus lateribus suis circūponūt: cædem oīum passim futurā: occiso alcibiade auspicāt̄: q̄ fugiens in itinere clausus cubiculo uiuus icēsus ē: quo iterfecto: ultore quasi sublato: securi miseris urbis reliq̄as cædibus rapinisq; exhauriūt. Theramenē quoq; unū ex nūero suo: cui hæc displicere sēserūt: i exēplūq; reliquorū trucidāt. Itaq; oēs passim ex urbe diffugiunt sed iterdictu lacedæmoniorū: cū p̄ totā græciā exulibus negaret̄ hospitium: oēs se ad argos ac thebas cōtulerūt: ubi ita hospitalitatis obsequio freti sūt: ut nō solū dolorē amissæ priæ lenirēt: ueꝛe etiā spem recuperādæ meditarēt̄. Erat iter exules Thrasylbulus uir strenuus: & generis nobilitate iter suos clarus: q̄ auctor audēdi p̄ patria fuit. Itaq; castellū philenē atticorū finiū collecti exules capiūt: multarūq; ciuitatū opibus adiuti uires capes sūt q̄bus quoq; lysias Syracusanus orator: quasi i auxiliū urbis quæ eēt patria cōmunis eloquētia. d. milites cum stipēdiis suis misit: atrox id prælium fuit: sed his p̄ patria: p̄ libertate: illis pro aliena dominatiōe certātibus aiorū atq; causarū ipsa quoq; tulit pugna iudicium: nā uicti tyrāni i urbem refugerunt: oēsq; quos ex atheniēsis prius sibi satellites legerat tunc suspectos p̄ditionis ab urbis custodia remouerunt. Thrasylbulum quoq; ipsū tētare corruptiōe ausi sūt: qd̄ ubi frustra spatū ē: accersitis a Lacedæmōia auxiliis: rursus i bellū ruunt: ubi duo sæuissimi oīum lōge tyrānorū trucidāt̄. Cæteros uictos & i fugā uersos. Thrasylbulus ubi uel maxie atheniēses eē itelligit clamore cōseq̄t̄: oīoe retinet: precibus ligat: p̄ponens ante oculos eorū: quos fugere uel ad quos refugere uellēt: sibi aduersus. xxx. domios: nō aduersus ciues miseros bellū eē susceptū. Quin potius: oēs q̄ se meminerit eē athenienses sequi oportere atheniēsiū libertatis ultores. Itaq; hæc exhortatio tantū apud eos ualuit: ut mox reuersi i ciuitatē tyrānos arce decedere atq; Eleusin emigrare cōpulerint: qui postq̄ i societate urbis ciues suos eatenus exules exceperunt tyrānos i bellū emulatiōe suscitāt: q̄bus libertas aliorū quasi ipsorū seruitus uidebat̄. Tūc idiēta pugna cum prius quasi ad colloquium cōuenirent cicūuenti insidiis ueluti pacis uictimæ trucidant̄. Ita reuocati i unum post inexplebiles magnorū lachrymas gaudiorum hæc patriæ fundamenta recuperatæ libertatis instaurant proposita iurisiurādi contestatione uti discordiæ animositateq; præterite in obliuionem perpetuam atq; in imortale silentium deducantur. Quod pactiōnis genus quasi nouam uitæ institutionem nouāq; fœlicitatem status sui informantes amnestiam uocauerunt idem abolitionem malorum. Sapientissima fuit hæc atheniensium præsertim post tanta miseriarum documēta prouisio: si quo pacto res humanæ manente consensu hominum ut ordinantur: ualerent. Sed adeo hoc idem placitum inter ipsa pene placiti uerba corruptū est: ut uix intercedente biennio Socrates ille clarissimus philosophorū: adactus malis ueneno sibi apud

eos vitam extorserit. Deinde uix. xl. annis interuenientibus: ut alia sileam iidem athenienses adempta sibi penitus libertate sub Philippo Macedonum rege seruiuerint.

**P**er concordiam res minimas crescere: & per discordiam labi maximas.

**Q**uam tamen sapientissimi omnium athenienses: etiam suis malis satis docti: concordia minimas res crescere: discordia maximas labi cunctaque uel bona uel etiam mala quae foris geruntur internis esse radicata & emissa principiis: domi absterere odia & foris bella presserunt reliqueruntque posteris suis de ruina sua exemplum: de reparatione consilium: si tamen ob infirmissimam humanae mentis mutabilitatem: quod in afflictis rebus consulitur: in prosperis seruaretur. Iisdem fere diebus bellum ciuile imo etiam plus quam ciuile uix parricidio terminatum apud persas gerebatur: mortuo enim rege dario cum artaxerxes & cyrus filii eius de regno ambigerent tandem magnis apparatibus magnis prouinciarum ac populorum ruinis est utrinque certatum: in quo conflictu cum e diuerso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus obiecerunt: prior Artaxerxes uulneratus a fratre equi uelocitate morti exemptus euasit. Cyrus autem mox a cohorte regia oppressus finem certamini dedit. Artaxerxes ergo & praeda fraternae expeditionis & exercitu potitus: potestatem regni parricidio firmavit sic uniuersa asia atque europa partim in se singulae: partim inter se inuicem funeribus & flagitiis permiscebantur. Ecce paruissima pagina uerbisque paucissimis quantos de tot prouinciis: populis atque urbibus non magis explicui actus operum quam implicui globos miseriarum. Quis enim cladem illius temporis: quis fando funera explicet aut aequare lachrymis posset dolores? Verumtamen haec ipsa quia multo interiectu saeculorum exoluerunt: facta sunt nobis exercitia ingeniorum & oblectamenta fabularum: quamquam si quis intentius adhibebat animum seseque toto mentis affectu ipsis pene causis bellisque permisceat ac rursus ueluti in arce spectaculi constitutus utrinque in suis qualitatibus tempus permetiatur: facile dixerim cum iudicaturum neque illa nisi irato atque auersato deo posse tam infeliciter perturbari ac permisceri neque ista sic nisi propitio & miserante componi. His deinde temporibus grauissimo motu terrae concussa Sicilia insuper & aestuantibus aetnae montis ignibus fauillisque gradibus & calidis cum detrimento plurimo agrorum uillarumque uastata est. Tunc etiam Athalente ciuitas Locris adhaerens terrae contigua repentino maris impetu abscissa atque in insulam desolata est: Atheniensium quoque miserabiles reliquias pestis inuasit: diuque populata est.

**De bellis Romanorum.**

**A**NNO ab urbe condita. ccclv. obsidio Veiorum. x. continuis annis obsessores magnis quam obsessos detriuit. Nam Romani repentinis saepe hostium eruptionibus cominuti: praeterea in hibernis bella sortiti: hyemare sub pellibus: postremum famem ac frigus in conspectu hostium perpeti coacti sunt. Urbem nouissime sine ullo digno romanae uirtutis testimonio cuniculis & clandestina obreptione ceperunt. Hanc utilem magis quam nobilem uictoriam: primo dictatoris Camilli: qui eam de Veientibus patrauit: exilium: dehinc irruptio gallorum & icidium urbis insequitur: cui cladi audeat quisquam: si potest aliquos motus temporis huius comparare: quis non aequae predeat praeteriti mali fabulam praesertis iniuria. Igitur galli senones duce breno exercitu copioso & robusto nimis: cum urbem clusiam: quae nunc Dusia dicitur: obsiderent: legatos romanorum: qui tunc con-

ponēdæ inter eos pacis gratia uenerant: in acie aduersum se uiderunt pugnantes: qua indignatione permoti clusini: oppidi obsidione dimissa totis uiribus romã cõtēdunt. Hos ita ruentes fabius cum exercitu consul excæpit: nec tamen obstitit: immo potius hostilis ille impetus quasi aridam segetē succidit: strauit & transit. Testatur hãc fabii cladem fluuius alia: sicut cremera fabiorũ. Nũ enĩ facile aliq̃ similit̃ ruinã romanæ militiæ recēferet: etiã si roma isup̃ icēsa nō esset. patentē galli urbē penetrãt: trucidãt rigentes simula croꝝ modo i suis ædibus senatores: eosq̃ icēdio domoꝝ crematos lapsu culminũ suoꝝ sepeliunt. Vniuersam reliquam iuuentutem: quam cōstat uix mille hominum tunc fuisse in arce capitolii montis latitantem obsidione concludunt. Ibiq̃ infœlices reliquias fame: peste: despatiõē: formidine terũt: subigũt: uēdũt. Nã mille libris auri discessiõis precium paciscũtur: nō q̃ apud gallos roma parui nois fuit: sed q̃ illã sic iã ante detriuerãt: ut amplius tũc ualere nō posset. Exeũtibz gallis remanserat in illo quondã urbis ambitu informium ruinarum obscœna congeries: & undiq̃ per impedita errantium: & iter sua ignotoꝝ offensa uocis imago: respondentis trepidos suspendebat auditus. horrore quætiebat animos: silentioq̃ ipso terrebat. Siquidē materia pauoris est raritas ipsa uocis. Hic illis mutare sedes: aliud incolere oppidũ: altero etiam censi nomine cogitatũ placitum atq̃ tēratum est. En tempora: quorum comparatione præsentia ponderantur: en quibus recordatio suspirat: en quæ incutiunt de eiecta: uel potius de neglecta religione poenitentiam. Re uera pares sunt & conferũtur inter se hæ duæ captiuitates. Illa sex mēsis de sæuiens: & tribus diebus ista trãscurrens. Galli extincto populo: urbe deleta: ipsius quoq̃ Romæ nomen in extremis cineribus persequentes: & Gothi relicta intentione prædandi ad confugia salutis: hoc est sanctorum locorum agmina ignara cogentes. Ibi uix quenq̃ inuentum senatorem: qui uel absens euaserit. hic uix quenq̃ requiri: qui forte uel latens perierit recte sane potest comparari. hunc fuisse ibi senatorum numerum: qui fuerit perditorum. Plane quod re proditur fatendum est: in hac clade præsentis plus deum sæuisse: homines minus. Tum peragendo ipse: quod illi non impleuissent cur eos miserit demonstrauit: quippe cum supra humanas uires esset incendere æneas trabes: & subruere magnarum moles structurarũ: ictu fulminum fœtum cum imaginibus uanis: quæ superstitione miserabili: uel deum uel hominem mentiũtur abiectũ est. Horumq̃ omnium abominatorum qd̃ immissa per hostem flamma non adiit: missus e cœlo ignis euertit. Et quoniã uber dicendi materia est: quæ nequaq̃ hoc cōcludi libro potest hic præsentis uoluminis finis sit: ut i subsequẽtibz cætera prosequamur.

**P**auli Orosii tertii libri initium.

**Q**UONIAM IN superiori iam libro contestatus sum: etiam nũc necessarie repeto secundum præceptum tuum de antea actis conflictationibus sæculi: & me nec omnia posse quæ gesta sunt: & sicut gesta sunt explicare: quoniã magna atq̃ innumera copiosissime a plurimis scripta sũt. Scriptores autem etsi non easdem causas: easdem tamen res habere propositas: quippe cum illi bella: nos bellorũ miseras euoluamus. Præterea ex hac ipsa de qua queror: abundanti angustia oritur mihi: & concludit me sollicitudo nodosior. Si enĩ aliqua studio breuitatis omitto: putabuntur aut mihi nunc defuisse: aut in illo tũc tēpore nō fuisse. Si uero significare cuncta nec exprimere cuncta: nec exprimere studēs compēdiosa bre-

uitate succingo obscura faciam: & ita apud plerosque erunt dubia: ut nec dicta uideantur maxime: cum e contrario nos uere: non imagine comedare curemus. Breuitas autem atque obscuritas: imo ut est semper obscura breuitas: et si cognoscendi imaginem praefert: aufert tamen intelligendi uigorem. Sed ego cum utrumque uitandum sciam: utrumque faciam: ut quocumque modo alterutra temperentur: nec multa praetermissa: nec multum constricta uideantur.

Quomodo galli romam incederunt

**A**Nno ab urbe condita. ccc. lxxiii. quae annum sicut grauissimum propter ignoratam sibi captiuitatem roma praesensit: ita magnificum propter insolitam pacem Gracia habuit. Eo siquidem tempore quo galli romam captam incensamque tenuerunt ac uendiderunt: Artaxerxes Rex persarum discedere ab armis & quiescere in pace uniuersam graeciam per legatos praecipit: denunciando contradicte pacis bello impetendum: quae ita iubente potuissent utique graeci tam constanter continere: quam fortiter saepe uicerunt: nisi porrecta undecumque occasione: quam auide desiderauerat tam libenter haussissent. Ostenderunt enim quam aegre & misere illa eatenus gesserint: quae tam facile indigna etiam conditione deposuerunt. Nam quid tam indignum liberis & fortibus uiris quam longe remoti: saepe etiam uicti hostis: & deinde minitatis imperio arma deponere: pacique seruire: si non ipso tantum annuntiatae pacis sono per corda cunctorum aegra belli tabuisset intentio: & post diuturnas laborum uigilias oscitantes ac stupefactos quies inopinata laxasset: prius quam ipsam quietem uoluntas pacta componeret. Unde autem tanta fatigatio omnium per totam graeciam populorum corda corporaque oppresserit: quae efferos animos ignoto acquiescere ocio tam facile persuasit: quam breuissime ostendat. Lacedaemonii utpote homines & graeci homines: quo plura habebant: eo ampliora cupientes: postquam auxilio atheniensium potiti sunt: uniuersam asiam spe dominationis hauserunt. Itaque toto orienti bellum mouentes Hircilidem ducem in hanc militiam legunt: qui cum sibi aduersus duos potentissimos Artaxerxis persarum regis praefectos pharnabazum & thissaphernem pugnam uideret: prouiso ad tempus consilio: ut pondus geminae congressionis eluderet: denunciato bello unum appetit: alterum pacta pace suspendit. Pharnabazus: thissaphernem apud artaxerxem communem tunc regem defert: ut proditorum praesertim qui cum hoste belli tempore de foederis conditione pepigisset: hortaturque regem ut in locum eius Cononem atheniensem uirum: qui tunc forte apud cyprum exulabat: ducem nauali bello constituat. Acceptis igitur quingentis argenti talentis cononem per pharnabazum euocat: classisque praeficitur: quibus compertis lacedaemonii et ipsi auxilia naualis belli a rege aegypti Hercinione per legatos petunt: a quo centum instructas triremes & sexcenta millia modia frumenti acciperunt: a sociis etiam undique magna contraxere subsidia. Cui militiae consensu omnium Agesilaum ducem decreuerunt: uirum pede claudum: sed qui in difficillimorum rerum statu mallent sibi regem claudicare quam regnum. raro nunquam ita pares omni industria duces in unum coiere bellum: qui acerbissimis inuicem praeliis fatigati: & multo sanguine obliti: uelut inuicti ab alterutro recesserunt. Igitur Conon accepto iterum a rege persarum magno stipendio: reuersus ad classem inuadit hostiles agros: turres: castella: caeteraque praesidia expugnat: & ueluti effusa tempestas quacumque incumbit: cuncta prostermit. Lacedaemonii uero domesticis malis circunuenti: externis inhiare desistunt: abiciuntque spem dominationis: imminente periculo seruitutis. Agesilaum autem: quem cum exercitu in asiam miserant: ad subsidium patriae reuocant. Interea Lyfander dux apud

Spartā per Agesilauū regē relictus maximā munitāq; classem tunc instruxerat: motus æmulatione uirtutis Agesilai: ut illo pedestrē expeditionē agitante: ipse quoq; nauali discursu ora maritima peruagaretur. Conon uero suscepto oī negotio: duplicem curam impendebat: debēs sociis sollicitudinem: patriæ fidē: ut huic exhiberet naturā illis præberet industriā: in hoc propēsius ciuibus: qđ quieti libertatiq; eorū alicui sanguinis discrimē ipēderet: pugnare aduersus insolētissimos hostes periculo regis: præmio patriæ. Conferunt itaq; nauale certamen Persæ conone: & spartani lysandro duce: milites & remiges ipsiq; ductores uno pariter in mutuā cædē ardore rapiūtur. Magnitudine atq; atrocitate belli istius inclinatus ex hoc semper est in posterū lacedæmoniorū status: prona nāq; ex illo fluere ac sublapsa retro referri spes spartanorū uisa: donec assurgendo ægre ac misere recidendo cōfecta & potestate careret & nomine. Atheniensibus uero hæc eadem pugna initiū recuperandæ potētiae: sicut lacedæmoniis amittendæ fuit. Primi igit̃ thebani auxilio atheniēsū fulti sup̃ ore clade saucios: ac trepidos aggrediūtur: multa animati fiducia propter uirtutē & industriā epaminūdæ ducis sui: cū quo sibi facile obtinere posse imperium totius græciæ uidebantur. Fit itaq; terrestriæ præliū thebanis minimo negotio uincens. Vicitur enim etiā hoc conflictu lysander & occiditur. Pausanias quoq; dux alter lacedæmoniorū insimulatus prodicionis in exiliū truditur. Thebani autem uictoria potiti: collecta uniuersi exercitus manu spartā cōtēdūt putantes se uacua ciuitatē præsidio: nullo intraturos negotio: cuius iā oēs pene copias cū ipso rege deessent: atq; ab omnibus sociis destitutos uiderent: lacedæmonii periculo ciuitatis impulsī: habito in exercitati militis qualicūq; delectu obuiā hosti pcedūt. Sed uicti semel aduersus uictores obsistendi nec uirtus nec animus erat. Cū igitur cades unius tantū pene partis ageretur: repēte rex Agesilaus accersitus ex asia improuisus bello superuenit. Thebanosq; iam successu duplicis uictoriæ lætiores: segnioreq; aggreditur: nec difficile superat: maxime cū adhuc apud ipsum pene integræ uires haberentur. Ipse tamē Agesilaus grauius uulneratus ē. At uero atheniēs cū cōperissent isperata lacedæmonios uictoria subleuatos pristinae seruitutis: de qua tūc respirare uix cœperant: trepidi metu exercitum cōtrahūt: eūq; boetiis in auxiliū adiūgūt cōmissu Iphicratis ducis: q̃ adolescēs admodum uix dum uiginti annos natus: infirmitatē ætatis maturitate animi nutriebat. Conon quoq; uir qđē atheniensis, dux aut̃ persici exercitus audito Agesilai reditu: ad populādos lacedæmoniorū agros reuertit̃. Ita spartani exercitu circūsonantiū undiq; hostiū clausi atq; exterriti ultima propemodū desperatione tabuerūt. Sed Conon postq̃ uasta hostilis soli populatione satiatus est: Athenas pergīt in maximo gaudio ciuium: ipse quippe tristis cum uideret urbem populo quondam cultuque ornatissimam: tunc miserabili ruinarum ac desolationis squalore cōfectam. Itaq; magnum pietatis miserationisq; monumentum in reparationem eius operatus est. Namq; eam a lacedæmoniis exinanitam lacedæmoniorū præsidiis repleuit. Persis incendētibus concrematā: persis ædificātib; reformauit. Interea artaxerxes rex persarū: sicut in principio dictū ē: uniuersis gratiā populis p̃ legatos: ut ab armis discederēt: & paci acquiescerent iperauit: non q; misericorditer fessis cōsuleret: sed ne illo in egypto bellis occupato aliqua in regnū suum tentaretur irruptio. Cunctis igitur Græcis optatissima quiete resolutis: domesticoque ocio torpentibus lacedæmonii inquieti magisq; strenui: & furore potius q̃ uirtute intollerabiles post bel-

la deposita tentant furta bellorū Nā speculari absentiam archadū castellum eorū repen-  
tina irruptione perfringūt. Arcades uero excitati iūria iūcto sibi thebanorū auxilio amis-  
so furto bellū repetūt. In eo praelio archedamus dux lacedæmoniorum uulneratus: cum  
etiā cædi suos uictos uideret: occisorū corpora per præconem ad sepulturā poposcit: qđ  
signum uictoriæ traditæ inter græcos haberi solet. Thebani autē hac confessione conten-  
ti: dato parcendi signo: finem dedere certamini. Paucis deīde iterueniētibus iduciarum  
diebus: Lacedæmoniis ad alia bella cōuersis thebani cum epaminunda duce de iuaden-  
da lacedæmonia quasi secura & destituta cepere fiducia. Taciti intempesta nocte lace-  
dæmonē ueniūt: sed nō ita incautam uel indefensam: ut rebantur: offendūt. Armati enī  
senes cum reliqua turba imbellis ætatis: præcognito aduētū hostium: in ipsis se portarū  
angustiis obiecerunt: & aduersus quādecim millia militum uix centum cōfecti æuo ho-  
mines proruperūt. His itaq; tantam belli molem sustinentibus: iuuetus supueniens con-  
gredi aduersus thebanos aperto certamine incūctanter decreuit. Cōmisso praelio cum  
lacedæmonii uincuntur: repente epaminūdas dux thebanorum incautius dimicās uul-  
neratur: qua re dū his ex dolore metus: illis ex gaudio stupor nascitur: ueluti ex consen-  
su tacito utrinq; discessum ē. Epaminundas autē grauius sautiatus cū de uictoria suorū  
comperisset: scutūq; deosculatus esset: remota manu qua uulnus occluserat: egressu san-  
guinis ad mortē patefecit introitū: cuius mortem sic thebanorū perditio subsequuta est:  
ut non perdidisse ducem: sed ipsi cū eo tunc periisse uiderentur. Contextui indigestæ hī  
storiæ: inextricabilē cladē atq; incertos bellorū orbes huc atq; illuc lymphatico furore  
gestorū uerbis euestigio secutus implicui: quoniam tanto ut uideo inordinatius scripsi  
q̄to magis ordinem custodiui. Improba dominandi lacedæmoniorū cupiditas: q̄tis po-  
pulis: qualibus urbibus: quibus prouinciis: cuiusmodi odiorum motus: q̄tas causas cer-  
taminū suscitari: q̄s uel numero: uel ordine: uel ratiōe disponat: cum ipsi quoq; nō plus  
afflicti bellis q̄ bellorum cōfusione referātur. Siquidē tracto p̄ aliquot ætates continuo  
hoc bello Atheniēses: lacedæmonii: archades: boetii: thebani: postremo græcia: asia: per-  
sis atq; ægyptiis cū libya: insulis quæ maximis nauales simul pedestresq; conflictus in-  
discretis egere discursibus: referre cæsa hominū millia nō posse: etiā si bella numerarem.  
At nūc increpet hæc tēpora: atq; illa collaudet q̄cūq; nescit hosce oēs istarū urbiū puin-  
ciarūq; populos ita nunc in solis ludis ac theatris consensescere: sicuti tunc ī castris maxi-  
me praeliisq; tabuisse: florentissima illa & totius tunc imperiū oriētis affectās lacedæmo-  
niorū ciuitas uix cētū habere potuit senes: ita incessabilibus circūuēta malis imaturas ex-  
pēdebat misere ætates. Et quærunt nūc hoīes: quorū refertæ pueris & senibus ciuitates se-  
cura iuuenū peregrinatiōe ditantur: pacificisq; exercitiis stipedia domesticæ uoluptatis  
acquirunt: nisi forte ut assolent humanæ mutabilitati sordere oī præsentia nouitate rerum  
actu audituq; prurientibus etiā ipsa uita fastidio est.

¶ Terræmotus in Achaia aliquando factus.

**A**Nno ab urbe condita. ccc. lxxvi. sauiissimo terræmotu Achaia uniuersa con-  
cussa est: & duæ tunc ciuitates: idest Eborā & helicē abruptis locorum hiati-  
bus deuorata. At ego nunc e contrario poteram similia in diebus nostris a pud  
constantinopolim æque modo præcipem gentium: prædicta & facta: sed non perfecta  
narrare: cum post terribilem denunciationem consciāq; mali sui conscientiam subter

commota: funditus terra tremere: & desuper fusa celitus flamma pederet: donec oratione Archadii principis & populi christiani: presentem pditionem deus exoratus auerteret: probans se solum esse & conseruatorem humiliu: & punitorem maloru. Sed hæc ut comemorata sint magis q̄ explicata: uerecundia concesserim: ut & qui scit recolat: & qui nescit inquirat. Interea romani: q̄ per .lxx. annos ab urbe uolscoru: præterea phaliscorum: equoru & sutrinoru subacti & attriti assiduis bellis conficiebantur: rãdem in superscriptis diebus camillo duce cepe easdẽ ciuitates: & rediuiuo finẽ dedere certamini. Prænestinos autem eodem tẽpore: q̄ usq; ad portã romæ bellãdo & cedendo uenerãt: ad flumẽ aliã Titio q̄ntio pugnanter uicerunt.

**D**icit romã graui pestilẽtia laborasse.

**A**nno ab urbe cõdita. ccc. lxxxiiii. Lutio genutio & q̄nto seruilio cõsulibus igẽs uniuersã romã pestilẽtia corripuit. nõ ut assolet plus minusue solito tẽpore turbata tẽperies: hoc ẽ aut intẽpestiua siccitas hyemis: aut repentinus calor ueris: aut incongruus humor æstatis: uel autumnu diuitis idigesta illecebra: isuper etiã expirata de calabris saltibus aura corrupens: repẽtinus acutãq; ifirmitatũ afferre trãscursus: sed grauis & diuturna: quã in nullo dispar sexu: in nulla dissimilis ætate generaliter cunctos per biẽniũ iugiter tabe cõfecit: ut etiã quos nõ egit in mortẽ: turpi macie exinãitos afflictosq; dimiserit. Cõquerentẽ hoc: ut arbitror loco obrectatores temporis christiani: si forte silẽtio præterierim: q̄bus tunc carimoniis romani placauerint deos: & sedauerint morbos. cum pestilentia idies crudesceret: auctores suasere pontifices: ut ludi scænici diis expetibus ederẽtur: & ita pro depellẽda tẽporali peste corporẽ accersitus est ppetuus morbus aiorũ. Vber nunc q̄dẽ mihi locus iste doloris atq; increpationis ẽ: sed in quo iã reuerẽtia tua studiũ sapiẽtiã & ueritatis exercuit: mihi sup eo audere fas nõ est. Cõmonuisse me satis sit & ex qualibet intentione lectorem ad illius lectionis plenitudinem remisisse.

**M**arcus curtius se præcipitio dedit

**S**equit hanc miserã lucẽ: miseroreq; eius expiationẽ pximo año satis triste pdigiũ. Repẽte siquidẽ medio urbis terra dissiluit: uastoq; præruptu hiãtia subito interna patuerunt. Manebat diu ad spectaculũ terrorẽq; cuctoq; patẽti uoragie ipudẽs specus: nefariãq; uiui hois sepulturã diis iterpratibus expectabat. Satisfecit iprobis faucibus præcipitio sui Marcus curtius: uir eques armatus: iiecitq; crudeli terrã iopinatã satietatẽ: cui parũ eẽt: q̄ ex tanta pestilẽtia mortuos p sepulchra suscipet: nisi etiam uiuos scissa sorberet.

**V**bi regnũ macedonũ: & ubi natus ẽ alexander.

**A**nno ab urbe cõdita. ccc. lxxxviii. itereq; terribilis Galloꝝ inũdatio iuxta anienẽ fluuiũ ad q̄rtũ ab urbe lapidẽ cõsedit: facile sine dubio p̄põdere multitudinis & alacritate uirtutis pturbatã occupatura ciuitatem: nisi ocio & lẽtitudine torpuisset. Vbi atrocissimã pugna Manlius torquatus singulariter inchoauit. Titus quintius dictator cruentissima cõgressione cõfecit: fugati ex hoc prælio plurimi Galli: instauratis iterum copiis in bellum ruentes: a Gaio sulphitio dictatore superati sunt. Post paululum quoq; tuscorum pugna sub Gaio martio consecuta est: ubi conici datur: quanta hominũ multitudo cãsa sit: quãdo octo. M. sũt capta thuscoꝝ. Tertio aut in iisdẽ diebus galli se in prædã p maritima loca: subiectosq; cãpos albanis mõibus diffuderunt: aduersũ quos nouo militũ delectu habitu: cõscriptisq; legionibus decẽ. lx. milia romanorũ: negatis sibi auxiliis latinorum pcesserunt. Cõfecit hæc pugna marcus ualerius: auxiliãte coruo alite: un-



de postea coruinus est dictus. Occiso enim prouocatore gallo: hostes territi: sparsimque fugientes grauius trucidati sunt. Numerandum etiam inter cetera mala censeo primum illud ictum cum carthaginensibus foedus: quod iisdem temporibus fuit: praesertim ex quo tam grauia orta sunt mala: ut ex hinc coepisse uideantur. Anno siquidem ab urbe condita quadringentesimo secundo legati a Carthagine romana missi sunt: foedusque pepigerunt. Quam ex ingressu carthaginensium in italiam malorum grauedinem secuturam: continuarique miseriae tenebras iuges historiarum fides: locorum infamia: & abominatio dierum quibus ea gesta sunt protestantur. Tunc etiam mox usque ad plurimam diem partem tedi uisa est: & saxea de nubibus grando descendens ueris terram lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiam alexander magnus: magnus uere ille gurgis miseriarum atque atrocissimus turbo totius orientis est natus.

**A**rtaxerxes iudeos captiuos ducit.

**Q**uoniam etiam Ochus qui & artaxerxes: post tractatum aegypto maximum diuturnumque bellum: plurimos iudeorum in transmigrationem egit: atque in Hyrcania ad caspium mare habitare praecipit: quos ibi usque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis extat consistere: atque exinde quandoque erupturos opinio est: cuius etiam belli tempestatem transcurrere: & Sidona opulentissimam phoenicis prouinciae urbem deleuit: & aegyptum quae prius uictus tunc tamen subacta: comminutaque ferro persarum subiecit imperio. Iam hinc statim a romanis aduersus samnitas gentem opibus armisque ualidam pro campanis & sidicinis bella suscepta sunt. Sanniticum bellum ancipiti statu gestum pyrrhus uel maximus romani nominis hostis excepit. Pyrrhi bellum: mox punicum consecutum est. Et quae nunc post mortem numae a bellorum cladibus fuisse cessatum iam patentes semper portae indicent: ex eo tamen ueluti per meridiem toto impressus caelo malorum feruor incanduit.

**I**nitium belli punici.

**O**ro autem inchoato semel bello punico: utrum aliquando bella: caedes atque ruinae: omniumque infandarum mortium genera: nisi Caesare augusto imperante cessauerint: ingrati: inueniant: prodat: quisque infamanda christiana tempora putat. Absque illo tamen inter bella punica unius anni: ueluti alitis praeteruolantis excursu romani propter iam portas clausas inter febres morbosque reip. adhuc breuissimo pacis signo: uelut tenuissimo aquae gelidae haustu illecti sunt: ut in peius recalescentes: multo grauius uementiusque affligerentur. At uero si indubitissime constat sub augusto primum caesare: post partam pacem uniuersum terrarum orbem positis armis: abolitisque discordiis generali pace & noua quae compositum romanis paruissse legibus: Romana iura: quae propria arma maluisse: spreteque ducibus suis iudices elegisse romanos. Postremo omnibus gentibus cunctisque prouinciis innumeris ciuitatibus: infinitis populis: totis terris unam fuisse uoluntatem: libero honestoque studio inseruire paci: atque in commune consulere: quod prius ne una quidem ciuitas: uniusue populus ciuium: uel quod maius est: una domus fratrum iugiter habere potuisset. Quod si etiam cum imperante Caesare ista prouenerit: ipso imperio caesaris illuxisse ortum in hoc mundo domini nostri iesu christi liquidissima probatione manifestum est: iuuit licet illi: quos in blasphemia urget inuidia: cognoscere fatentique coguntur: pacem istam totius mundi & tranquillissimam serenitatem non magnitudine Caesaris: sed potestate filii dei: qui in diebus caesaris apparuit extitisse: nec unius urbis imperatori: sed creatori orbis uniuersi orbem ipsum generali cognitione paruissse: qui sicut sol

oriens diem luce perfundit: ita misericorditer adueniens extenta mundum pace uestie-  
rit. Quod plenius cum ad id ipsum: perficiente domino uentum fuerit: proferemus.

Quod Romani Latinis bellum intulerunt.

**A**gitur. cccix. ab urbe condita Romani bellum Latinis rebellantibus intulerunt. Ma-  
lio Torquato: & decio Murena consulibus in quo bello unus consul interfectus est:  
alter extitit parricida. Manlius enim Torquatus filium suum peremit: iuuenem  
uictorem interfectoremque Metii Thusculani nobilis militis: & tum precipue prouocantis  
atque insultantis hostis. Alius uero consul: cum iterato conflictu illud cornu cui praeerat  
caedi atque affligi uideret: in confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius  
quis uictor: occursum tamen nobilium iuuenum Romanorum: qui legitime exhiberi solet: trium-  
phans parricida non meruit. Anno autem post hunc subsequente Minutia uirgo uesta-  
lis ob admissum incestum damnata est uiuaque obruta in campo: qui nunc Sceleratus uocatur.

Scelus matronarum hic refertur.

**A**T uero paruo ex in tempore interiecto: horresco referre: quod gestum est: Nam  
Claudio Marcello & Valerio Flacco consulibus incredibili rabie & amore  
scelerum Romanae matronae exarserunt. Erat utique foedus ille ac pestilens an-  
nus. inflictaque iam undique cateruatim strages egerebantur. & adhuc penes omnes  
de corrupto aere simplex credulitas erat. cum existente quadam ancilla indice & conuin-  
cente: primum multae matronae ut biberent: quae coxerant: uenena compulsa: deinde simul ut  
hausere consuptae sunt: Tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus conscia-  
rum. ccc. lxxx. damnatae ex illis simul fuisse referantur.

Alexander rex a Lucanis uictus & occisus.

**A**Nno ab urbe condita. ccc. xxii. Alexander rex Epirotarum Alexandri illius Magni  
auunculus traiectis in Italiam copiis: cum bellum aduersus Romanos pararet: & cir-  
ca finitimas Romanae urbes firmaret uires exercitus sui: auxiliaque uel sibi acquirere  
uel hostibus subtrahere studens bellis exerceret: a Sanitisque Lucanae genti suffragabantur  
maximo bello in Lucania uictus atque occisus est. Sed quoniam aliquantum Romanas clades  
recedendo progressus sum: uel Alexandri istius mentione comonitus de Philippo Macedo-  
num rege qui Olympiade huius Alexandri Epirotae sororem uxorem habuit: ex qua Alexandrum  
magnum genuit: paucissimis annis retro repetitis magna paruis: in quantum potero: colligam.

De regno Philippi patris Alexandri regis macedoniae.

**A**Nno ab urbe condita. cccc. Philippus Amyntae filius Alexandri pater regnum  
macedonum adeptus. xxv. annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum aceruos  
cunctasque malorum moles struxit. Hic primum ab Alexandro fratre obses Theba-  
nis datus per triennium apud Epaminundam strenuissimum imperatorem & summum philosophum  
eruditus est. Ipso autem Alexandro interfecto scelere Eurydices matris: qui ea commisso adul-  
terio: & altero primum filio occiso filiaque uiduata generi nuptias mariti morte pepigisset  
compulsus a populo regnum: quod paruo occisi fratris filio tuebatur: suscepit: qui cum foris con-  
cursu exurgentium undique hostium: domi autem deprehensarum saeue insidiarum metu fatiga-  
ret: primum bellum cum Atheniensibus gessit. Quibus uictis arma ad Illyrios transtulit  
multisque milibus hostium trucidatis Larissam urbem nobilissimam cepit. Inde Thessaliam  
non magis amore uictoriae: quam ambitione habendorum equitum Thessalorum: quorum robur ex

exercitui suo admisceret: iuasit. Ita Thessalis ex improviso praecipitatis atque in potestate redactis iugendo equum peditumque fortissimas turmas & copias iunctissimum fecit exercitum. Igitur uictis atheniensibus subiectisque Thessalis olipiadem Euruche regis molossoe sorore duxit uxorem. Qui Eurucha cum pro hoc quo societatem macedonum affinitate regis paciscebatur imperium suum se dilaturum putaret, per hoc decaptus amisit priuatusque in exilio consenuit. Deinde Philippus cum methonam urbem oppugnaret: ictu sagittae oculum perdidit. Ipsam uero urbem mox expugnauit & cepit. Exin graeciam totam prope consiliis praeventam uiribus domuit. Quippe graeciae ciuitates dum imperare singulae cupiunt imperium omnes perdidit. Et dum in mutuam exitum sine modo ruunt: ab omnibus uictae periere: quod singulae amitterent, oppressae demum seruietesque senserunt: quarum dum insanas concursationes Philippus ueluti in specula obseruaret: auxiliumque semper inferioribus suggerendo: contentiones bellorum fomes callidus doli artifex foueret: uictos sibi pariterque uictores subiecit. Huic autem ad obtinendam totius graeciae dominationem: dominatio imoderata Thebanorum dedit facultatem: qui uictos Lacedaemonios ac phocenses: caedibus etiam rapinisque confectos: cum insuper in communi graeciae concilio tanta pecuniae multa onerauisset: quam illi soluere nullo modo possent ad arma fugere coegerunt. Itaque phocenses & Philomene duce & auxiliis Lacedaemoniorum Atheniensiumque fulti commissa pugna hostibusque fugatis Thebanorum castra ceperunt: Sequenti praelio inter immensas utriusque populi strages Philomenes occisus est: In cuius locum phocenses Oenomanum ducem creauerunt. Porro autem Thebani & Thessali omisso delictu ciuium: philippum Macedoniae regem: quem hostem prius repellere laborabant: ultro sibi ducem expetiuerunt. Commisso praelio & phocensibus pene ad internitionem caesis uictoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli euentu: ne philippus transiret in graeciam angustias thermopylarum pari ratione: sicut aduentantibus antea persis occupauerunt. Igitur Philippus: ubi exclusum se ab ingressu graeciae perstructis thermopylis uidet: paratum in hostes bellum uertit in socios. Nam ciuitates quarum paulo ante dux fuerat: sibi gratulantes ac se excipientes patentes hostiliter inuadit, crudeliter diripit: omnique societatis conscientia penitus abolita coniuges liberosque omnium sub corona uendidit, templa quoque uniuersa subuertit: spoliauitque: nec tamen unquam per xxv. annos quasi iratus diis uictus est. Post haec in cappadociam transiit, ibique bellum pari perfidia gessit, captos pro dolo finitimos reges interfecit, totamque cappadociam imperio macedoniae subdidit. Inde post caedes et incediae depraedationesque in socias urbes gestas parricidia in fratres conuertit: quos patri ex nouerca genitos cum cohaeredes regni uereretur: interficere aggressus est. Cum autem unum ex his occidisset: duo in Olynthum confugerunt: quam mox Philippus hostiliter aggressus urbem antiquissimam & florantissimam: caedibus ac sanguine repletam opibus hominibusque uacuauit abstractos etiam fratres supplicio & neci dedit. Dehinc cum excidio sociorum & parricidio fratrum elatus licere sibi omnia: quae cogitauisset putaret auraria loca in Thessalia & argenti metalla in Thracia inuasit, ac ne aliquod ius uel fas inuiolatum praetermitteret: praecipitato mari & classe dispersa piraticam quoque exercere instituit. Praeterea cum cum fratres duo thraciae reges de regni terminis ambigentes: iudicem ex consensu praoptauisset: Philippus more ingenii sui ad iudicium tanquam ad bellum cum instructo exercitu ingressus inscios iuuenes uita regnoque priuauit. Athenienses uero qui prius Philippi ingressum thermopylarum munitione repulerant ultro pacem eius expetentes fraudulentissimum

hostem de neglecta introitus custodia commouerunt. Ceteræ etiam græciæ ciuitates ut intētius ciuilibus bellis uacarent: sub specie pacis & fœderis sponte se externæ dānationi subiecerunt. maxime cū Thessali Boetiiq; poscerent Philippū: ut p̄fessum se aduersum Phocenses ducē exhiberet: susceptumq; bellū gereret contra phocenses: adhibitis secū Atheniensibus & Lacedæmoniis: uel differri bellū: uel auferri precio & precibus laborabant. Philippus tacite utrisq; diuersa p̄misit: Phocensibus pacē & ueniā se datūq; sacramento cōfirmans: Thessalis uero affutūq; se mox cū exercitu spōdet. bellum tamen ab utrisq; parari uetat. Igit̄ Philippus īstructis copiis angustias thermopylarū securus ingredit̄. easq; occupatas: dispositis præsiidiis emunit. Tuncq; primū se nō Phocenses soli sed & omnis Græcia captā esse p̄sensit. Siqdem primo Phocenses Philippus rupta fide calcatoq; sacramento infandæ dilacerationi dedit. Inde omniū urbes finesq; populatus cruenta præsentia effecit: ut etiā absens timeret̄. Vbi uero in regnū rediit more pastorū qui pecora sua nunc per æstiuos: nunc per hybernos saltus circūducunt: populos & turbas ut illi replenda: uel relinquenda quæque loca uidebant̄: ad libidinem suam transfert. Miseranda ubique facies: & atrocissimum miseriarum genus obuersabatur: perpeti excidium sine irruptione: sine bello captiuitatē: sine crimine exilium: sine uictore dominatum: premit miseros inter iniuriarum stimulos superfusus p̄uor. ipsaque dissimulatione dolor crescit hoc altius demissus: quo minus profiteri licet timentibus ne ipsæ quoque lachrymæ pro cōtumacia accipiantur: alios populos auulsos a sedibus suis finibus hostiū opponit. alios ī extremis regni terminis statuit. quosdā æmulatione uirium ne possent quod posse credebant̄ ī supplementa exhaustarū urbiū diuidit. Ita gloriosissimum illud quondam florentis græciæ corpus in multas laceratasq; particulas extincta primū libertate concidit. Sed hæc cum per aliquantas Græciæ ciuitates exercuisset: & tamen omnes metu premeret coniciens ex præda paucorum opes omnium ad perficiendam æqualem in uniuersis uastationem utili emolumento necessariam maritimam urbem ratus Byzantium nobilem ciuitatem aptissimam iudicauit ut receptaculum sibi terra marique fieret eamque obsistentem ilico obsidione cinxit.

**¶** De ciuitate Bizantio quæ Constantinopolis dicta est.

**H**æc autem Byzantium quōdam a Pausania rege Spartanorum condita. post autem a Constantino christiano principe in maius aucta & Constantinopolis dicta gloriosissimi nunc imperii sedes & totius caput orientis est. Philippus uero post longam & irritam obsidionem. ut pecuniam quam obsidendo exhauserat prædando repararet piraticam aggressus est. Captas itaque. clxx. naues mercibus confertas distraxit. & anhelanti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendam prædā & curandam obsidionem diuisit exercitum. Ipse autem cum fortissimis profectus multas Cherronesi urbes suscepit. profligatisq; populis opes abstulit. Ad Scythiam quoque cū Alexandro prædandi intentione p̄trāsiit. Scythas tūc Etheas regebat: q̄ cū Istrianoꝝ bello premeretur: auxilia a Philippo per apollonienses petiit: sed continuo istrianorum rege mortuo: & belli metu & auxiliorum necessitate liberatus pactionem fœderis cum Philippo habitam dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzantii scyticum bellum totis uiribus aggreditur. Cōmissocq; prælio cum scythæ & numero & uirtute præstarent. Philippi fraude uincuntur. In ea pugna. xx. M. uirorum ac fœminarū scythicæ gen-

tis capta: pecorum magna copia abducta: auri atque argenti nihil repertum. Nam & ea res primo fidem inopiae scythicae dedit. Viginti milia nobilium equos sufficiens generi in Macedoniam missi sunt. sed reuertenti Philippo Traballi bello obuiat. In quo ita Philippus in femore uulneratus est: ut per corpus eius equus interficeretur. Cumque cum omnes occisum putarent in fugam uersi praedam amiserunt. Aliquantula deinde mora dum conualescit a uulnere: in pace conuiuicuit. Statim uero ut conualuit: Atheniensibus bellum intulit: qui in tanto discrimine positi Lacedaemonios quondam hostes: tunc socios asciscunt: totiusque graeciae ciuitates legationibus fatigant: ut communem hostem communibus uiribus petant. Itaque aliquantae urbes atheniensibus sese coniungere: quasdam uero ad Philippum belli metus traxit. Praelio commisso cum Athenienses longe maiori numero militum praestarent: assiduis tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincuntur: quam pugnam longe omnibus anterioribus bellis atrociorē fuisse ipse rerum exitus docuit.

**G**raecia libertatem suam amisit.

**A**m & hic dies apud uniuersam graeciae acquisitae dominationis gloriam: & uetustissimae libertatis statum finiuit. Postea Philippus cruentissimam uictoriam in Thebanos et Lacedaemonios exercuit. Siquidem principes ciuitatum alios securi percussit. alios in exilium egit. & omnibus bonis priuauit. Piosos quidem a ciuibus in patriam restituit: ex quibus. ccc. exules iudices rectoresque praefecit. qui ut antiquum dolorem noua potestate curaret: pressos infeliciter populos in spe libertatis respirare non sineret. Praeterea magno delectu militum in subsidium regiae dispositionis ex tota graecia habito. cc. M. pedum & xv. M. equum absque exercitu macedonum & infinita gentium barbariae perficere expeditioni in Asiam missurus instruxit. Tres duces: hoc est Parmenionem: Amyntam & Attalum praemittendos in Persas legit. Et dum supra scriptae copiae de graecia congregarentur: Alexandri qui erat Olympiadis uxoris suae frater & post a sabinis in Lucania prostratus est: quem Epiri regem ob mercedem stupri perpetrati in eum constituerat nuptias in copulando ei filiam suam Cleopatram celebrare decreuit: qui cum pridie quam occideretur interrogatus fuisset: quis finis homini esset magis optandus respondisse fertur. eum esse optimum: qui uiro forti post uirtutum suarum gloriam in pace regnati sine conflictatione corporis & dedecore animi subitus & celer inopinato ferro potuisset accidere: quod ipsi mox contigit. Nec ab iratis diis quos sepe paruipenderat: quorumque aras templa simulacraque subuerterat: quin lectissimam ut ipsi uidebatur mortem adipisceretur: potuit impediri. Nam die nuptiarum: cum ad ludos magnifice apparatus inter duos Alexandros generum filiumque contenderet: Pausania nobili macedonum adolescente in angustiis sine custodibus circumuetus occisus est. Asserant nunc multisque haec uocibus efferant quasi uirorum fortium laudes & facta foelicia: quibus amarissimae aliorum calamitates in dulces fabulas cedunt: si tamen nunquam ipsi iniurias quibus aliquando uexantur: relatu tristiori deplorerent. Si uero de propriis querimoniis tantum alios audiētes affici uolunt quantum ipsi perpetiundo senserunt: prius ipsi non praesentibus praeterita: sed gestis gesta comparent. & utraque ex auditu: uelut certi alienorum arbitri iudicent per. xxv. annos incendia ciuitatum: excidia bellorum: subiectiones prouinciarum: caedes hominum: opum rapinas: praedas pecorum: mortuorum uenditiones: captiuitatisque uirorum unius regis fraus effera. & dominatus agitauit.

Alexander successit Philippo in regnum.

**S**ufficerent ista ad exemplum miseriae insinuata memoriae nostrae gesta per Philippum: etiam si Alexander ei non successisset in regnum. Cuius bella: imo sub cuius belli mundi mala ordine sequentia suspendo paulisper: ut in hoc loco pro conuenientia temporum Romana subiiciam. Anno ab urbe condita. ccccxxvi. Caudinas furculas satis caelebres & famosas: insignis romanorum fecit infamia. Nam cum superiore bello uiginti milia Sannitum Fabio magistro equitum pugnam conferente cecidissent: circumspectiore cura Sannites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas confederunt: Vbi cum Vecturium & posthumiium consules omnesque copias Romanorum angustiis locorum armisque clausissent: Pontius dux eorum intantum abusus est uictoriae securitate: ut Haerennium patrem consulendum putaret: utrum occideret clausos: an parceret subiugatis: ut uiuos tamen dedecori referuaret: elegit. Romanos enim antea saepissime uinci & occidi: nunquam autem capi: aut ad deditonem cogi potuisse constabat. Itaque Sannites uictoria potiti uniuersum exercitum Romanum turpiter captum: armis etiam uestimentisque nudatum: tantum singulis uilioribus operimentis ob uerecunda corporum tegenda concessis: sub iugo missum seruitioque subiectum: longum agere pompae ordinem praeeperunt. Sexcentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis oneratos ignominia caeteris rebus uacuos consules remiserunt. Quid de exaggerenda huius foedissimi foederis macula uerbis laborem: qui tacere maluissem: Hodie enim Romani aut omnino non essent: aut Sannio dominante seruirent: si fidem foederis: quam sibi seruari a subiectis uolunt: ipsi subiecti Sannitibus seruauiissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Sannitibus pactonem: eosque in bellum cogunt. quod Papyrio consule insistente commissum magnas strages utriusque populi dedit. Cumque hinc ira recentis infamiae: inde gloria proxima uictoriae pugnantem stimulare: tandem Romani pertinaciter moriendo uicerunt: nec caedi pariter uel caedere destiterunt: nisi postquam uictis Sannitibus: & capto duce eorum iugum reposuerunt. Idem deinde Papyrius satricum: expulso inde Sannitico praesidio: expugnauit: & cepit. Hic autem papyrius adeo tunc apud Romanos bellicosissimus habebatur: ut cum Alexander magnus disponere diceret ab oriente descendens obtinere uiribus Africae: atque inde in Italiam transuehi: Romani inter caeteros duces tunc in republica sua optimos: hunc praecipuum fore: qui Alexandri impetum sustinere posset: meditarentur.

**I**nitium regni Alexandri magni.

**I**gitur Alexander anno ab urbe condita. ccccxxvi. patri Philippo successit in regnum: qui primam experientiam animi & uirtutis suae compressis caeleriter Graecorum motibus dedit: quibus auctor ut ab imperio Macedonum deficeret: Demosthenes orator auro Persarum corruptus extiterat. Itaque Atheniensibus bellum deprecantibus remisit: quos insuper etiam multo metu soluit. Thebanos diruta ciuitate deleuit. reliquos sub corona uendidit. caeteras uero urbes Achaiae & Thessaliae uectigales fecit. Illyricos quoque & Thracas translato mox ab hic bello domuit. Inde profectus ad Persicum bellum: omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu eius fuisse tantummodo peditum. xxxii. milia: equitum. iiii. M. d. naues. c. lxxx. referunt. hac tam parua manu uniuersum terrarum orbem utrum mirabilius sit quod uicerit: an quod aggredi ausus fuerit: incertum est. Primo eius cum Dario rege congressu. dc. M. persarum in acie fuerunt. quae non minus arte Alexandri superata: quam uirtute Macedonum terga uerterunt. magna igitur caedes Persarum fuit. In exercitu autem Alexandri

.cxxx. equites et nouē rātū pedires defuere. Deinde Gordien phrygiæ ciuitatē: quæ nūc sar  
 dis uocitat: obsessā expugnatāq; cepit. ac direptioni dedit. Inde nūciato sibi Darii cū ma  
 gnis copiis aduentu: timens angustias: quibus inerat locorū: Taurū mōtē mira celerita  
 te trāscēdit: et. d. stadiis sub una die cursū trāsmisiss Tharsū uenit. ibiq; cū sudās i cydnū  
 perfrigidū amnē descendisset: obriguit. cōtractu neruorū proximus morti fuit. Interea  
 Darius cum. ccc. M. peditū & .c. M. equitum in aciē procedit. mouebat hæc multitudo  
 hostiū etiam Alexādrum maxime respectu paucitatis suæ: quāuis iā pridē. dc. M. hosti  
 um eadē paucitate superatis nō solū nō timere pugnā: sed etiā uictoriā sperare didicisset.  
 Itaq; cū intra iactū reli uterq; constitisset exercitus & intētos in signū belli populos discur  
 rētes princeps uariis ineitamentis acurrēt: ingētibus utrinq; animis pugna cōmittit. In  
 qua ambo reges Alexāder & darius uulnerantur. ac tādū certamē anceps: quoadusq; fu  
 geret Darius. Exinde cædes persarū secuta est. Ibi tunc peditū octoginta. M. equitū. de  
 cē milia cæsa: capta autē quadraginta. M. fuere. Ex macedonibus uero cecidere centū tri  
 ginta pedites. equites. cl. In castris persarū multū auri cæteratūq; opū repertū ē. Inter ca  
 ptiuos castrorū mater & uxor eadēq; soror & filia duæ Darii fuere. Quarū redēptio  
 nem Darius cū etiā oblata regni dimidia parte nō impetrauisset: tertio cūctis Persarū ui  
 ribus sociorūq; auxiliis cōtractis bellū instaurat. Sed dū hæc Darius agit: Alexāder Par  
 menionē ad iuadēdā persicā classē cū copiis mittēs ipse i Syriā proficiscit. Ibiq; ex mul  
 tis sibi regibus cū ifulis ultro occurrētibus alios elogit. alios mutauit. alios perdidit Tyre  
 urbē antiq;ssimā & florētissimā: fiducia Carthaginēsiū cognatorū sibi obsistētē oppres  
 sit & cepit. Exin Ciliciā: Rhodū atq; Aegyptū pertinaci furore peruadit. Inde ad tēplū  
 Iouis Ammonis pgit: ut mēdacio ad tēpus cōposito ignominiā sibi patris icerti et ifamiā  
 adulteræ matris aboleret. Nā accersitū ad se phani ipsius antistitē ex occulto monuit: qd  
 sibi tanq; cōsulētī respōderi uelit: sicut historici eorū dicūt. Ita certus Alexāder fuit nobis  
 q; prodidit: diis ipsis mutis & surdis uel i potestate eē antistitis qd uelit fingere: uel i uolūta  
 te cōsulētis: quid malit audire. reuertēs ab Ammone ad tertiū Persicū bellū Alexādriā  
 i aegypto cōdidit. Darius uero spe pacis amissa. ccciiii. M. peditum: & .c. M. eqtū Ale  
 xādri ab Aegypto reuertēti apud Tharsum bello se opponit. Nec pugnae mora: oēs cæ  
 ca rabie i ferrū ruūt: Macedones totiēs a se uictis hostibus aiōsi: Persæ: nisi uicant: mori  
 præoptātes. Raro i ullo prælio rātū sāguinis fusū ē. Sed Darius cū uici suos uideret: mo  
 ri i bello paratus: psuasū suorū fugere cōpulsus ē. Hoc prælio Asiæ uires & regna cecide  
 runt. totusq; oriēs in potestate macedonici cessit iperii. atq; ira attrita ē in hoc Persarum  
 omnis fiducia: ut post hoc nullus rebellare ausus sit: patiēterq; Persæ post imperium tot  
 annorū iugū seruitutis accæperūt.

**A**lexāder Darium uicit.

**A**lexander nāq; triginta quattuor cōtinuis diebus castrorum prædā pcensuit. ac  
 Persepolim caput Persici regni: urbē famosissimā: cōfertissimāq; opibus totius  
 orbis: inuasit. Dariū uero cū a propiuis suis uictū cōpedibus aureis teneri cō  
 perisset: persequi statuit. Itaq; iusso ut se sequeretur exercitu: ipse cū. M. militū pfectus  
 iuenit i itinere solū relictū: multis cōfossū uulneribus: & extrema uitæ p uulnera efflatē  
 Hūc mortuū inani misericordia referri. & i sepulchris maiorū sepeliri præcepit. cuius nō  
 dicā mrem uel uxore: sed etiā paruulas filias crudeli captiuitate detinebat. In tāta malorū  
 multitudie difficillima dictis fides: tribus præliis rotidēq; ānis gnges decies cētena. M.

peditum equumque consumpta sunt. Et hæc quæ ex eo regno illisque populis: unde iam ante annos non multo plures decies nouies cetera. M. profligata referuntur: quæ extra has clades per eosdem tres annos & Asiæ ciuitates plurimæ oppressæ sunt: & Syria tota uastata: Tyrus excisa: Cilicia exinanita: cappadocia subacta: Aegyptus addicta sit: Rhodus quoque insula ultro ad seruitutem tremefacta successerit: plurimæque subiectæ Tauro puicæ. atque ipse mos Taurus diu detrectatum iugum domitus & uictus acceperit: & ne forte quis opinetur uel orientem solum Alexandri uiribus subactum: uel italiam tantummodo Romana iugitudine fatigatam: tunc etiam bellum Agidis Spartanorum regis in Græcia. Alexandri regis Epiri in Lucania. zopirionis præfecti in Scythia gerebat: quorum agis Lacedæmonius excitata: & rebellante se cum uniuersa Græcia cum Antipatri fortissimis copiis congressus iter magnas utroque strages & ipse percubuit. Alexander autem in Italia affectans occidentis imperium: æmulans Alexandrum magnum: post numerosa & graua bella ibidem gesta: a Brutiis Lucanisque superatus est: corpusque eius ad sepulturam uenditum. zopyrion uero præfectus Ponti adunato. xxx. M. exercitu: Scythias bellum inferre ausus est. & usque ad internitionem cæsus funditus cum oibus copiis suis abrasus est. Igitur Alexander magnus post Darii mortem Hyrcanos & Mardos subegit. ubi etiam illum adhuc bello interitum Thalestris: siue Minothea excita suscipienda ab eo sobolis gratia cum. ccc. mulieribus perax Amazon iuenit. Post hæc Parthorum pugnam aggressus: quos diu obnitentes deleuit: permodum atque uicit. Inde Dracas Euergetes Parymas: Patapamēnos: Hydaspios: cæterosque populos qui in radice: Caucaſi morabantur: subegit urbe ibi Alexandria super amnem Tanaim constituta. Sed nec minor eius in suos crudelitas: quam in hostem rabies fuit. Docet hoc Amyntas consobrinus occisus: nouerca fratresque eius necati: Parmenio & Philotas trucidati: Attalus: Eurylochus: Pausanias: multique macedoniæ principes extincti: Clitus quoque amicus grauis: amicitia uetus nefarie interfectus. Qui cum in conuiuio fiducia regis amicitia aduersus regem opera sua Philippo præponentem memoriam patris tueretur: ab offenso frustra rege uenabulo transfossus: commune conuiuium moriens cruciatauit: Sed Alexander humani sanguinis insaturabilis siue hostium siue etiam sociorum: recentem tamen semper sitiebat cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella percurrēs Chorasmos & Dacos: indomitam gentem in deditioem accepit. Callisthenem philosophum: sibi que apud Aristotelē condiscipulum cum plurimis aliis principibus: que cum deposito salutandi more: ut deum non adoraret: occidit. Post hæc indiā petit: ut oceano ultimoque oriente finiret imperium. Nysam urbem adiit. Dedalos motes regnaque Cleophilis reginæ expugnauit: quæ cum se dedidisset: concubitu regnum redemit.

**I**ndiā ingressus est Alexander.

**P**eragratam perdomitamque Alexander India: cum ad saxum miræ asperitatis: miræque magnitudinis & altitudinis: in quod multi populi confugerant: peruenisset: cognoscit Hercule ab expugnatione eiusdem saxi terræmotu prohibitu. æmulatione permotus: ut Herculis acta superaret: cum summo labore ac periculo saxo potitus oēs loci eius gentes in deditioem accepit. cum poro fortissimo idorum rege crudentissimum bellum gessit: in quo Alexander cum ipso poro singulariter congressus: occisusque deiectus equo: concursu satellitum presentiam mortis euasit. Porus multis uulneribus confossus retentus & captus est: quo ob testimonium uirtutis in regnum restituto: duas sibi condidit ciuitates niciam & bucephalam: quæ de nomine equi sui ita uocari præcepit. inde Arestas stathenos Passidas & gagaridas cæsis eorum exercitibus Macedones expugnauere. cumque ad confines uentum esset. ibi contra. cc. milia equorum



tum hostiū pugnā conseruerūt. Et cum ætate detriti: animo ægri: uiribus lassī difficile uicissent: castra ob memoriā plus solito magnifica cōdiderūt. Exin Alexander ad amnem agasinū pergit. Per hunc in oceanū deuehitur. ibi Gessonas Sybosq; quos Hercules condidit: oppressit. Hinc Mardos & Subagras nauigat: quæ gentes eum armatis. lxxx. milibus peditū excipiunt. Cōmissioq; prælio diu anceps & cruenta pugna: tandē tristē pene omnē uictoriā macedonibus dedit. Nā fuis hostiū copiis Alexander exercitum ad urbem duxit. Et cū murū ascēdisset primus: uacuam ciuitatē ratus solus introrsū desiliuit: quem cum undiq; infesti hostes circūdedissent: incredibile dictu est: ut eum nō multitudo hostium: nō uis magna telorum: nō tātus lacestētū clamor terruerit. solus tot milia ceciderit: ac fugarit. At ubi se obrui a circūfusa multitudine persēsit: muri obice posteriora tutatus: contrarios facilius eo usq; sustinuit: donec ad periculū eius clamorēq; hostiū perfractis muris exercitus omnis irrumperet. In eo prælio sagitta sub māmā traiectus: fixo genu eatenus pugnavit: donec eū a quo uulneratus esset: occideret. Inde cōscēsis nauibus cū oceani littora pagraret: ad urbē quādā cui Ambira rex erat: peruenit. Sed i expugnatione ciuitatis magnam partē exercitus sagittis hostiū ueneno illitis amisit. ac post herba per somniū sibi ostensa: & in potū sauciis data: cum reliquis subueniretur: urbem expugnauit & cæpit.

**O**ēs prouiciæ in Babylonia ad Alexandrū territæ legatos: pacē petētes miserunt.

**O**st quasi circūacta meta de oceano Indum flumē ingressus Babylona celeriter rediit: ubi eū exterritarū totius orbis prouinciarū legati opperiebantur: hoc ē Carthaginensiu & totius Aphricæ ciuitatū: sed & hispanorum: gallorū: syciliæ Iardiniaq;. Plurimæ præterea partis Italiae tantus rumor in sūmo oriente constituti ducis populos: ultimiq; occidentis inuaserat: ut inde peregrinam toto mūdo cerneret legationē quo uix crederes peruenisse rumorem. Alexander uero apud Babyloniā cū adhuc sãguinem sitiens male castigata auiditate ministri insidiis uenenū potasset: interiit. O dura mens hominū. & cor semper inhumanū. Ego ipse qui hæc pro asserēda omniū temporū alternata calamitate percenseo: in relatu tanti mali: quo uel ipsa morte uel formidine mortis accepta totus mundus intremuit: nūquid non lachrymaui oculis: nūquid nō corde condolui: nunquid non reuoluens hæc propter cōmunem uiuendi statum maiorū miseras meas feci: cum tamen si quando de meipso refero ut ignotos primum barbaros uiderim: ut infestos declinauerim: ut dominantibus eblanditus sim: ut infideles præcauerim: ut insidiantes subterfugerim: postremo ut persequētes in mari saxis: spiculisq; appetentes: manibus etiam pene iam apprehendentes repētina nebula circūfusus euaserim: cūctos audientes me in lachrymas cōmoueri uelim: & tacitus de non dolētibus doleam reputans duriciem eorum: qui quod non sustinere non credunt. Hispanus Maurinus ad supplicandum Alexandro Babylona adiit. cruētumq; dominū ultro ne hostem exciperet: per Asyriā Indiamq; quæsiuit: terrarū metas lustrans: & utriq; ifceliciter notus oceano. & tamen tam uiolētæ necessitatis memoria uel obliuione defecit: uel uiluit uetustate. Et nos perpetuæ recordationi hæsurū putamus: quod plurima orbis parte secura unū angulū fugax latro uiolauit: quasi uero gothorū & Sueuorū pacē ut nō dicā uersa uice Indus uel Asyrius: sed etiam uel ipse qui hostem patiē: Hispanum orauerit. At uero si illa Alexandri tempora laudanda potius propter uirtutem: qua totus orbis obtentus est:

quam detestanda propter ruinam: qua totus orbis effusus est: iudicantur: inuenientur & modo plurimi: q̄ hęc laudanda censeant: quod multa uicerūt. & miseras aliorū fœlicitatē suā reputent. Sed dicet quispiā. Isti hostes Romani sunt. Respondebitur. Hoc & tunc toto orienti de Alexandro uidebat̄. talesq; & Romani aliis uisi sunt: dū bellis q̄etos ignotosq; petiuerunt. Sed illi acquirere regna. isti euertere student. Separata sunt hostis excidia & iudicia uictoris. Siquidē & illi prius eos bellis afflixerūt: quos postea legibus suis ordinarunt: & hi nunc hostiliter turbant: quæ q̄ non permiserit deus: si edomita obtinerent: ritu suo cōponere molirent̄ dicendi posterī reges magni: q̄ nunc nouissimi hostes adiudicant̄. Quolibet hęc gesta talia nomine censeant̄: hoc ē siue dicant̄ miseriæ: siue uirtutes utraq; prioribus cōparata hoc tēpore minora sunt. atq; p̄ nobis ita utraq; faciunt in cōparatione Alexandri atq; Persarū: si uirtus nunc uocanda ē: minor ē hostium si miseria minor est Romanorum.

**P**apyrius consul contemptis auguriis magnam consecutus est uictoriam.

**A**nno ab urbe cōdita. ccc. l. Fabio Maximo q̄nquies Decio Murana quater cōsulibus: quatuor fortissimi florentissimiq; populi Italiae in unū agmen fœdusq; coierunt. Namq; Hetrusci & Umbri Sannites & Galli uno agmine conspirantes Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanorū animi. & labefacta fiducia est: nec ausi sunt tantū sperare de uiribus: dolo diuidere hostes potius rati pluribus se bellis iplicauere q̄ grauibus. itaq; cū q̄busdā suis ad populandos hostiles agros in Umbriā Hetruriamq; præmissis Umbroꝝ Hetruscorūq; exercitū redire ad tuitionem suorū coegissent: cū Sannitibus & Gallis bellū inire p̄perarunt. i quo bello cū Gallorū ipetu premerent̄ Romani: Decius consul occisus est. Fabius tamen post magnā Decianæ partis stragem: tandē uicit. Eo prælio. xl. M. Sannitū: siue Galloꝝ cæsa sunt. Romanorū uero septē. M. ex Decii tantūmodo parte q̄ occisus est: referunt̄. Fuisse autē absq; Hetruscis & Umbris: quos astu Romani bello auocauerunt: Galloꝝ & Sannitum. xl. M. peditū & .x. M. equitū. At uero septē. M. Liuius refert: & carpentarios. M. in armis contra aciē stetisse Romanā. Sed ut sæpe dictū est: semper Romanorū aut domesticam quietē extraneis bellis iterpellatā: aut externos euentus morbis interioribus aggrauatos tantū: ut omnimode ingentes animi undecūq; premerent̄. Hanc cruentam tristemq; uictoriā pestilentia ciuitatis onerauit: & triūphales pompas obuia mortuorū exegæ polluerunt. Nec erat cui de triūpho gaudia suaderent̄: cū tota ciuitas aut ægris suspicaret: aut mortuis. Sequit̄ annus quo Romani iustaurato a Sannitibus bello uicti sunt: atq; i castra fugerunt. Postea uero Sannites nouum habitū animumq; sumentes hoc est de argētatis armis ac uestibus paratoque animo: nisi uincant: mori bello sese offerunt: Aduersum quos Papyrius consul cum exercitu missus cum a pullariis auguribus uana coniectantibus congregi prohiberetur: irridens eos tam fœliciter confecit bellum: q̄ constanter arripuit. Nam in hoc prælio. xii. M. hostium cæsa. tria. M. capta referuntur. sed hęc quoque istius uere laudandam historiam: quam uani haruspices impedire non potuerunt: oborti subito corrupere morbi. Nā tāta ac tā itolerabilis pestilētia tūc corripuit ciuitatē: ut p̄pter eā quacūq; ratione sedandā: libros sibyllinos cōsulēdos putarit: horrēdūq; illū Epidauriū colubrū cum ipso Aesculapii lapide aduexerint: quasi uero pestilētia ante sedata non sit: aut post orta non fuerit. Præterea altero abhinc anno Fabius Gurges

cōsul male aduersus sannites pugnavit. Nāq; commissō exercitu uictus in urbē refugit. Itaq; cum senatus de imouendo eo delibraret pater eius Fabius Maximus ignominia filii deprecatus legatum se filio iturum ultro obrulit: si illi depellendæ ignominia & gerendi iterum belli facultas daretur. Quia impetrata prælioq; conferto: cū subito pugnantem filium cōsulē insistēte Pontio sannitum duce: & infestis hostiū telis cōclusū uideret: in mediū se agmē pius senex equo uectus ingessit. Quo facto p̄moti Romani tota ibi incubuere acie: donec ipsū ducē Pontium deletō hostili exercitu: uictū oppressumq; ceperunt. Cæsa sunt in eo prælio sannitū. xx. M. capta autem. iiii. M. cū rege suo. Tandēq; sanniticū bellū quod per. xlix. annos multa Romanorū clade trahebatur: capti ducis destitutione finitū ē. Anno subsequente cum sabinis Curio cōsule bellū gestū ē: ubi quot milia hominū interfecta: quot capta sint: ipse consul ostēdit: qui cū in senatu magnitudinē acquisiti agri sabini & multitudinē capri populi referre uellet: numerum explicare nō potuit. Anno ab urbe condita. cccc. lxiii. Dolabella & domitio consulibus Lucani brutii sannites quoq; cū Hetruscis & senonibus Gallis facta societate: cū rediuuium cōtra Romanos bellum molirētur: Romani ad exorandos gallos misere legatos: quos cū galli interfecissent: Cæcilius prætor ob ulciscēdā legatorū necē & cōprimēdū multorū hostium cū exercitu missus ab etruscis gallisq; oppressus interiit. septem præterea tribuni militū in ea pugna occisi. multi nobiles trucidati. xiii. M. etiam militū romanorū illo bello prostrata sūt. Ita autē quotiēscūq; galli exarserūt: totis opibus suis Roma detrita est: ut sub præseti nūc cōcursatione gothorū magis debeat meminisse gallorum.

**M**ortuo Alexandro rege Macedoniae duces eius mutuis se bellis cōsūperunt.

**A**I ego nunc reuocor ut hæc eadem tēpora q̄bus romani ista perpeffi sūt: et quæ inter se bella gesserunt Macedonū duces reuoluā: qui mortuo Alexādro sortiri diuersas prouincias: mutuis se bellis cōsūperunt: quorum ego tumultuosū tēpus ita mihi expectare uideor: quasi aliqua imēsa castra p̄ noctem de spectaculo mōtis aspectās nihil in magni cāpi spatio præter inumeros focos cernam. Ita per totum macedoniae regnū hoc ē per uniuersā Asiā & plurimā Europæ partē Lybiaq; uel maximam horrēdi subito bellorū globi colluxerūt. qui cū ea præcipue loca: in quibus exarsere: populati sūt: reliqua omnia terrore rumoris: quasi fumī caligine turbauerūt. Sed nequaquā tātorū regum ac regnorum bella excidiaq; explicabo: nisi prius ipsa cū regibus regna prodidero. Igitur Alexāder per duodecim annos tremētem sub se orbem ferro pressit. Præcipue uero eius. xiiii. annis dilaniauerūt: et ueluti optimam prædam a magno leone prostratam auidi discerpere catuli. seque ipsos in rixam inuicem irritatos prædæ æmulatione fregerūt. Itaq; prima Ptolemæo Aegypti & Aphricæ Arabiaq; pars sorte prouenit. Cōfinē huic prouincia: Syriam Laomedon Mitylenæus Ciliciam. Philotas & Philo illyrios accipiūt. Mediæ maiori acropatus. minori socer Perdicæ præponitur. Susania gens Scyno. Phrigeria maior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciā & Pāphiliā Learchus Cariā Cassāder. Lydiā menāder sortiūtur. Leonatus minorē Phrygie accæpit. Thracia & regiōes pōtici maris lysimacho. cappadocia cū Paphlagonia eumedi data: Sūma castrorū seleuco Antiochi filio cessit stipatoribus regis satellitibusq; Cassāder filius Antipri præficiūt. In Braetiana ulteriore & India regiōibus præfecti priore q̄ sub alexādro cēceperāt: p̄māserūt. Seras iter duos ānes hydaspe et Indū cōstitutos taxillas hūit i colonias i

Indis conditas Pithon Agenoris filius mittit. Parapomenos fines Caucaſi montis Axiarches accepit. Draicas & Argeos Stratanor. Baſtrianos Amyntas fortitur. Sagilianos Scythæus. Nicanor Parthos. Philippus Hyrcanios. Phrataphranes Armenios. Neoptolemus perſas. peuteſtes Babylonios: Arthous. pelafgos. Archefilaus Meſopotamiã adepti ſunt. Igitur cauſa & origo belloꝝ epiſtola Alexandri regis fuit: qua iuſſit omnes exules patriæ libertatiq; reſtitui. potentes. n. ciuitatũ Græciæ: timentes ne exules recepta libertate ultionẽ meditarentur: a rege macedonũ defecerũt. primi Athenieſes cõtracto. xxx. M. exercitu & .cc. nauibus bellũ cũ Antipatro: cui Græcia ſorte obuenerat: gerunt. per Demotheñẽ quoq; oratorẽ Sicyona Argos & Corinthũ cæteraſq; ſibi ſocias adiungũt Antipatꝝ obſidione cingunt. Ibi dux eorũ Leosthenes telo ex muris iactõ pfoſſus occiditur. Athenieſes Leonato: q antipatro auxiliũ ferebat: occurrũt. cuiusq; copiis cõminutis ipſum interficiũt. Perdica uero bellũ Ariarato Cappadocũ regi itulit: eũq; uicit: in qua uictoria nil præter uulnera & picula cõgſiuit. Nã omnes ante irruptionẽ urbis ſuæ: ſuccenſis domibus ſuis: ſe ſuaq; oia cõcremauerãt. poſt hæc bellũ iter Antigonũ & perdicã oritur: grauiffime multis puinciis & iſulis ob auxilia uel negata: uel præſtita dilaceratis Diu deliberatũ: utrũ in Macedoniã bellũ transferret: an in Aſia gereret. nouiffime ipſe perdica Aegyptũ cũ ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes diſcurrẽtib; ducibus in ſua uiſcera armaĩ. Ptolemæus Aegypti uiribus & Cyrenẽſibus copiis iſtructus occurrere bello perdicæ parat. Inter hæc Neoptolemus & eumenes cruẽtiſſimo iter ſe prælio digladiati ſunt. Victus Neoptolemus ad Antipatꝝ fugit: Quẽ ut Eumenem de inſperato opprimat: purget: quod Eumenes futuꝝ ratus: inſidiãtes iſidiis capit. in eo bello polypercon occidit. Neoptolemus & Eumenes mutuis ſunt uulneribus confoſſi. ſed Neoptolemus interiit. Eumenes uictor euasit. perdica cũ ptolemæo acerbiffime bello cõgreſſus: amiſſis copiis ipſe quoq; interfectus ẽ. Eumenes pithon & illiriũ & Alcea frater perdicæ a Macedonibus hoſtes pnunciant: bellũq; aduerſum eos ab Antigono decernit. itaq; Eumenes & Antigonus collatis aduerſũ ſe maximis copiis confluxerunt: Eumenes uictus i quoddã caſtellũ munitiffimũ fugit. unde auxilia Antipatri tunc potentiſſimi p legatos popoſcit: quo nũcio territus Antigonus ab obſidione diſceſſit. Sed nec ſic Eumeni ſpes firma aut ſalus certa. Quare ultimo cõſilio Argyraſpidas ob arma deargentata ſic dictos: hoc ẽ milites q; ſub Alexãdro militauerãt: in auxiliũ rogat. Qui faſtidioſe ducẽ in diſponẽdo bello aduẽtes ab Antigono uicti: caſtrisq; priuati & uxores & liberos: ſimulq; omnia quæ ſub Alexandro acq; ſuerant: pdiderũt: q; poſtea turpiter p legatos reddi ſibi quæ pdiderãt: uictorẽ rogãt. Antigonus autẽ ſe reddituꝝ pollicet: ſi ſibi uinctum Eumenẽ ptraherent. Ita illi ſpe recuperationis illecti dedecoriſſima pditiõẽ ducẽ ſuũ: cuius ſigna pauloante ſecuti fuerãt. captiui ipſi captũ catenatũq; duxerũt. & mox cũ foediſſima ignominia in exercitu Antigoni diſperſi ſunt. Interea Eurydice Aridei regis Macedonũ uxor multa ſub nomine uiri nefaria egit p Callandꝝ: quẽ flagitiõſe cognitum ad ſummum faſtigiũ per omnes honorum gradus prouexerat: q; ex libidine mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Tunc Olympias mater Alexandri regis hortãte polyperconte cũ ab Epiro i Macedoniã proſequente Eacida rege moloffoꝝ ueniret & ab Eurydice finibus prohiberetur: adnitentibus Macedonibus Arideũ regẽ & Eurydicẽ iuſſit occidi: q; q; & ipſa Olympias continuo meritis crudelitatis poenas luit. Nã cũ

muliebri audacia multas principum cædes ageret audito aduentu **Cassandri** diffisa Ma-  
cedonibus cum **Rhozane** nuru sua & nepote **Hercule** in urbem **Picthium** cõcedit: ubi-  
q; continuo per **Cassandrum** capta interfecta est. **Filius Alexandri** magni cum matre in  
arcem **Amphipolytanam** custodiendus est missus. **perdica Alceta** & **polyperconte** cæ-  
terisq; ducibus: quos cõmemorare longum est: diuersæ partis occisis: finita bella inter suc-  
cessores uidebantur: cum **Antigonus** ardens cupiditate dominandi liberare bello **Her-  
culem** regis filium ab obsidione simulat. His cognitis **Ptolemeus** & **Cassander** inita cū  
**Lysimaco** & **Seleuco** societate bellum terra mariq; enixe instruunt **Antigonus** in eo bel-  
lo cum filio **Demetrio** uincitur. **Cassander** **ptolemeo** in uictoria particeps factus: cū **Ap-  
polloniam** rediret: incidit in **abderitas**: qui propter intolerandæ multitudinis ranas & mu-  
res relicto patrio solo & antiquis habitaculis emigrantes nouas sedes prætentæ interim  
pace requirebant. Sed **Cassander** & uirtutem & multitudinem gentis agnoscens ne ada-  
cti necessitate **Macedoniam** bello quaterent atq; inuaderent: recaptos in societatem  
in ultimis **Macedoniæ** finibus collocar. Inde cum iam **Hercules Alexandri** filius. xiiii. el-  
set annorum timens ne eū **Macedones** quasi legitimum regem præoptarent: occidendū  
tacite cum matre curauit. **Ptolemeus** iterum cum **Demetrio** nauali prælio confligit: &  
cum pene omnem classem atq; exercitum perdidisset: uictus in **Aegyptum** refugit. Hac  
uictoria elatus **Antigonum** regem se cum **Demetrio** filio appellari iubet: quod exemplū  
omnes secuti: regium nomen sibi dignitatēq; sumpserunt. Igitur **ptolemeus** & **Cassan-  
der** cæteriq; factionis duces: cum decipi se ab **antigono** sigillatim uiderent: per epistolas  
seinuicem confirmantes coeundi in unum tempus locumq; condicunt. & bellum aduer-  
sus **Antigonum** cõmunibus uiribus instruunt. **Cassander** finitimorum bellis implicitus  
**Lysimachum** clarissimum inter omnes ducem cum ingenti manu pro se sociis in auxi-  
lium misit. **Seleucus** quoq; ex **Asia** maiore descendens nouus **Antigono** hostis accessit.  
Hic siquidē **Seleucus** plurima per oriētē inter socios regni **Macedonici** bella gessit. Prin-  
cipio **Babylonem** bello expugnauit & cæpit. **Bractianos** nouis motibus assurgētes per-  
domuit. **Transitum** deinde in **Indiam** fecit: quæ post mortem **Alexãdri**: ueluti detracto  
excussoq; a ceruicibus iugo præfectos eius occiderat. **Sandrocotto** quodam ad uindicā-  
dam libertatē ducē: qui postea crudeliter in ciues agens: quos de extrema damnatione  
defēderat: ipse seruitio premebat. Cū hoc ergo **Sãdrocotto** **Seleucus** quibus multa & gra-  
uia bella gessisset nouissime firmatis regni cõditionibus: & pacta pace discessit. Aduna-  
tis itaq; copiis **Ptolemei** sociorūq; eius pugna cõmittitur: cuius quãto potētior apparatus  
tanto grauior ruina fuit. Nã in ea tūc totius pene **Macedonici** regni uires cõciderūt. In  
ipso bello **Antigonus** occisus ē. sed finis belli huius initiū alterius fuit. Nã cū uictoribus  
de præda nō cõuenisset: iterū in duas factiões deducūt. **Seleucus** **Demetrio**. **Ptolemeus**  
**Lysimacho** iūgit. **Cassandro** defūcto filius **Philippus** succedit. Sic quasi ex itegro no-  
ua **Macedoniæ** bella nascuntur. **Antipater** **Thesalonicē** matrē suã **Cassãdri** uxorē. quibus  
miserabiliter pro uita præcatē: manu sua trãsuerberauit. **Alexãder** frater eius dum bellū  
aduersū fratrem ob ultionē matris instruit a **demetrio**: cuius auxiliū petierat: circūuētus oc-  
ciditur. **Lysimachus** cū **doricetis** regis **Thracū** infestissimo bello urgeret: aduersus **De-  
metrium** pugnare non potuit: **Demetrius** argumēto **Græciæ** & totius **Macedoniæ** elat-  
tus in **Asiã** trãsire disposuit. **Ptolemeus** autem & **seleucus** & **Lysimachus** experti priore

certamine: quæ uires essent concordia: iterque societate facta: adunatisque exercitibus bellum in Europam transferunt aduersus Demetrium. His se comitem & bellis socium Pyrrhus rex Epiri iungit: sperans Demetrium Macedonia posse depelli. Nec spe frustratus fuit: quippe exercitu eius corrupto: ipsoque in fugam acto regnum Macedoniae Pyrrhus iuasit. Deinde Lysimachus generum suum Antipatrum insidiante sibi interfecit: filiumque suum Agatoclem ultra humanum morem posus occidit: quibus quod diebus Lysimachia ciuitas formidolosis terræmotibus euersa: oppressoque populo suo crudele sepulchrum fuit. Lysimachum autem assiduis se parricidiis cruentante omnes socii deseruerunt. & ad Seleucum se deferentes penam iam æmulatione regni: ut bellum Lysimacho inferret hortati sunt. Res foedissimi spectaculi erat: duos reges: quorum Lysimachus annos natus. lxxxiiii. Seleucus autem. lxxvii. de eripiendis regnis alterutrum concurrere in acie stare. arma gerere. Ultimū hoc quod bellum Alexandri comilitonum fuit: sed quod ad exemplum miseriae humanae fuerit reseruatū. Quippe cum orbem terrarum extinctis iam. xxxiiii. ducibus Alexandri soli possiderent: angustissimos senectutis ac uite suae terminos non aspiciens angustos esse imperio suo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lysimachus uel amissis uel interfectis prius ante hanc pugnam. xv. liberis postremus occisus est. sic Lysimachus solutio pugnae Macedoniae fuit. sed nec Seleucus quod tanta uictoria ipse laetatus. Nam neque ipse post. lxxvii. annos quæ naturalis mortis iuenit. sed extortam sibi infeliciter uitam: uelut imatura morte finiuit. Quippe insistente ptolemæo: cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat insidiis circumuetus occisus est. Hæc sunt iter parentes & filios fratres & socios consanguinitatis societatisque commercia. Tanti apud illos diuina atque humana religio pedebat. Erubescant sane de recordatione præteritorum: quæ nunc interuentu solius fidei christianae: ac medio tantum iurationis sacramento uiuere se cum hostibus: nec pati hostilia sciunt: quibus indubitatissime probatur: quod non sicut illi antea caesa iungebant foedera porca: sed quia nunc iter Barbaros ac Romanos creatorum eis dominum suum contestantes tantum fide adhibita in sacramentum seruatur euangelia: quantum tunc nec iter parentes ac filios potuit seruare natura: Nunc autem finis Macedonici belli: finis etiam libri fiat: præsertim cum iam abhinc Pyrrhi bella incipiunt: & mox Punica consequantur.

**P** Pauli Orosii in quartum librum præfatio.

**OXISSE** Aeneam Virgilius refert: cum post pericula sua suorumque naufragia residuos ægre socios solaret. Forsitan & hæc olim meminisse iuuabit. Hæc sententia semel apte ficta semper uim suam triplicem diuersissimis effectibus refert: cum & præterita tanto gratiora habentur in uerbis: quanto grauiora referuntur in gestis: & futura dum desiderabilia fastidio presentium fiunt: semper meliora creduntur. Ipsi autem presentibus ob hoc in nulla parte miseriae iusta comparatio adhiberi potest: quia multo maiore molestia afficiuntur: quantum lacumque sint ista: quæ sunt: quam illa quæ siue transacta siue uentura & si magna dicuntur iterum omnino non sunt. Veluti si quis nocturnis pulicibus titilatus atque ex eo uigiis anxius alias forte quas ex ardentissimis febribus diu sustinuit uigilias recorderet: proculdubio impatientius feret istorum inquietudinem: quam illarum recordationem. Sed quauis apud omnium sensus pro captu temporum ita uideri queat: nunquid tamen aliquis existet qui uel in ipsa anxietate pronunciet grauiores pulices esse quam febres: aut acerbius accipiat se uigilare sanum quam dormire potuisse moriturum? Quæ cum ita sint delicatis istis & querulis nostris utcumque concedo ut hæc quibus nunc quia sic expedit iterum admo-

uemur sentiendo grauiā potēt. Non tamē cōniueo: ut etiā asserant cōparando grauiora: quē admodū si quis molissimis e stratis cubiculoq; percōmodo matutinus egrediens nocturno gelu lacunariū dorsa obriguisse herbasq; incanuisse prospiceret: & inopinato uisu admonitus diceret: frigus ē hodie: hic mihi nequaquā reprehēdendus uideretur: quia uel cōmuni usu uel proprio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculū recurrens stratisq; sese adoperiens uel magis ab dēs clamaret tantū omnino frigus esse quantum nec in Apēnino aliquādo fuerit: cū Hanibal elephātos equos plurimāq; exercitus sui partē: niuibus clausus atq; oppressus amisit: hūc ego puenilibus licentiis nauēātē: nō modo dicētē ista non ferrē: sed etiam ab ipsis stratis ocii sui testibus in populū publicūq; protraherē: eiq; foras producto infātes in eo atq; ex eo gelu ludētes iocūdātes sudātesq; mōstrarem: ut uerbosa nugacitas delicatis uiciata nutrimentis nō in tēpore uolentiā: sed i se esse segni ciē doceret. & in cōparatiōe rerū diiudicāda nō maiores parua tolerasse: sed se nec parua tolerare sufficiēter pbarent. Quod euidentius ipsis i memoriā reuolutis prāteritorū cladi bus approbabo: Pyrrhi bello i primis sicut ordo ē prodito: cuius causa & origo hęc fuit.

**De Pyrrho rege qui multa bella intulit Romanis.**

**A**Nno ab urbe cōdita. cccc. lxxiii. Tarentini Romanā classē forte prātereūtē e spectaculo theatri prospectā hostiliter inuaserūt quinque tantū nauibus uix per fugā elapsis: cetera retracta in portū classis & profligata ē. prāfecti nauiū trucidati: omnes bello utiles cæsi: reliqui precio uēditi sunt. Cōtinuo missi tarētū a Romanis legati ut de illatis quererentur iniuriis: pulsati ab eis dē auctas insuper iniurias rettulerunt. His causis bellū ingēs exortū ē. Romanos qui quantiq; hostes circūstrepēt permetientes: ultima adegit necessitas proletarios quoq; in arma cogere: hoc ē eos qui in urbe sufficiendā semper prolis causa uacabant militiā ascribere. quippe cū frustra de prole cura sit nisi rebus prāsentibus consulatur. Itaq; irruit in uniuersos Tarētinos fines cū leuino consule Romanus exercitus: igni ferroq; uastat omnia. plurima expugnat oppida iniuriā insolēter accēptā crudeliter uīdicat. Cōtinuo Tarētinos plurimis finitimorū prāfidiis fultos maxime Pyrrhus auxit: qui etiā in se ob magnitudinē uiriū cōsiliorūq; sumā belli nomēq; traduxit. Nā Tarētū utpote ex lacedæmoniis cōditā cognatāq; graciā ciuitatē uindicaturus totas uires Epiri Thessaliā & Macedonia elephantibus usq; i id tēpus iuifos romanis numero. xx. in Italiā primus inuexit: terra mari uiris eqs armis belluis ad postremū uiribus suis dolisq; terribilis: sed delphici illius uanissimi spiritus & mēdacissimi nebulonis: quē uatē magnū ipsi ferūt: responso circūuētus ambiguo: exitū fecit qualem nō putabat illū cōsuluisse. Itaq; apud Heracleā cāpaniā urbē fluuiūq; Lirim prima iter Pyrrhū regē & Leuinū cōsulē pugna cōmissa ē. Cōsūptus ē grauiissimo certamine dies utrinq; omnibus mori intentis: fugere nesciis. Introductos autē inter cōcurrētia agmina elephātos: forma truces: odore graues: mole terribiles: ut uidere romani nouo pugnandi genere circūuenti & territi: equis maxime pauitātibus diffugerūt. Sed postq; Minutius quartæ legionis primus hastatus protentiā in se manū belluæ gladio defecuit: & cōturbatam dolore uulneris auerti bello: atq; in suos sauire cōpulis: eiusq; imoderato discursu perturbari: ac permisceri cœperūt: finis pugnæ etiā beneficio noctis impositus ē. Victos fuisse Romanos turpis fuga prodidit: quorū tūc cecidisse peditū referuntur. xi. M. dcccc. lxxx. capti autē. ccc. & x. Eqtes uero cæsi. cc. xlv. capti. dcccii. signaq; amissa. xxii. Nā

quantus e diuerso numerus sociorū Pyrrhi fuerit extinctus: memoria non est traditum maxime quia scriptorū ueterū mos est ex ea parte quæ uicerit: occisorū nō cōmemorare numerum: ne uictoriæ gloriā maculent dāna uictoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt: ut admirationē terrorēq; uirtutis augeat paucitas pditorum: sicut i prima belli Persici cōgressione apud Alexandrū Magnū fuit: cui iter. cccc. fere milia hostiū interfecta: nouē tantūmodo i exercitu eius pedites defuisse referunt. Sed Pyrrhus atrocitatē cladis: quam hoc bello exceperat: diis suis hominibusq; testatus est: Affigens titulū i tēplo Tarentini Iouis: i quo hæc scripsit. Qui antehac fuere iuicti uiri pater optime Olympi: hos ego i pugna uici. uictusq; sum ab eis dē. Et cum a sociis increparet: cur se uictum diceret: qui uicisset: respōdisse fert. Næ ego si iterum eodē modo uicero: sine ullo milite Epirū reuertar. Interea Romanus exercitus postq; uictus clam fugit e castris: miserabilē belli cladē grauioribus monstris auctā accumulataq; persensit. Nā pabulatores forte pgressos: uelut hostilis quædā oborta tēpeestas cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus exusit. Quipe. xxxiiii. corū quidā turbo pstrauit. xxii. semineces relictī: iumenta exanimata & capta q̄ plurima: ut merito cōtigisse nō in signum uastationis futura: sed uastatio ipsa referat. Secunda iter Pyrrhum & romanos cōsules pugna in Apuliæ finibus fuit: ubi clades belli ad utrosq;: sed maxime ad Pyrrhum. uictoria ad Romanos cōcæssit. Nā cum diu obnixē cunctis in mutuā cædē ruentibus anceps illi pēderet euentus Pyrrhus transfixo brachio saucius prior cessit e prælio. Sed & Fabritius legatus tunc uulneratus est. Elephantī prima pugna uulnerari: atq; i fugā cogi posse deprehensi. deinde subiectis iter posteriora ac mollia ignibus exagitati: ardentē i super machinas furore trepido circumferētes exitio suis fuere. Cæsa sunt i ea pugna. iiii. M. romanorum. de exercitu uero Pyrrhi uiginti millia pstrata sunt. Regis signa ablata quadragintatria. Romanorū undecim amissa sunt. Romanorum miseria nullis cessat induciis.

**P**YRRHUS bello fractus Agathocle mortuo rege Syracusano ad Sicilia accersitus iperiū Syracusas cōcessit. sed & Romanorū miseria nullis cessat iduciis. Cōsumit morborū malis intercapedo bellorū. & cū foris cessat a prælio: agit itrorū ira de cœlo. Nā Fabio Gurgite iterū Gaio Genutio Clepsina cōsulibus pestilētia grauis urbē ac fines eius iuasit: quæ omnes tum præcipue mulieres pecudesq; corripens: necatis i utero foetibus futura ple uacuauit. & imaturis partibus cū piculo matrum extorti abortus piiciebant. adeo ut defectura successio: & defuturū animantiū genus adempto uitalis partus legitimo ordine crederet. Interea reuersum ex Sicilia Pyrrhū Curius cōsul excepit: tertiuq; id bellū cōtra Epirotas apud lucaniā i Aurusinīs campis gestū ē. Itaq; primo cōcursu: cū Pyrrhi milites Romanorū i pressioē trepidaret: circūspectātesq; fugā bello cedere molirent: Pyrrhus elephātos ex subsidiis iussit iduci. Romani assueti iā pugnare cū belluis: cū malleolos stuppa iuolutos: ac pice oblitos: uncis i sup & aculeis tenaces præparauissent: eosq; flāmatos i terga belluarū turreseq; uibraret: nō difficile furentes ardentēsq; belluas i eorū excidia: quorū subsidia fuerāt: retorserūt. Octogita nanq; milia peditū i illo prælio habuisse regē dicūt. eqtū uero sex. M. Ex his cæsa referunt. xxx. M. capti autē. ccc. Pyrrhus q̄nto decimo āno: quo uenerat: ab Italia uictus aufugerat: qui post multa grauissimāq; bella quæ gessit i Græcia apud Argos Achaia florentissimā urbē Spartani regni auiditate seductus saxo ictus iteriit. Tūc quoq; apud Romanos Sex.